ILLVSTRIVM DVORVM ICTORVM

MICHAELIS HENRICI GRIBNERI

AC

BVRC. GOTTHELF STRVVII

DE

DOMINIO DIRECTO

IN

ALIENO TERRITORIO

DISQVISITIONES

RECENSVIT

PRAEFATIONEM

VARII GENERIS OBSERVATIONIBVS REFERTAM


ET

SCRIPTORES DE S. R. I. TERRITORIIS

VARIIS EORVM SPECIEBVS ACQVISITIONE INCORPORATIONE CONDOMINIO SVPERIORITATE ET IVRISDICTIONE TERRITORIALI NEC NON SERVITVTIBVS IVRIS PVBLICI

PRAEMISIT


HENR. GOTTLIEB FRANCKE.



LIPSIAE

APVD IO. CHRISTIANVM LANGENHEMIVM

AN. CIƆ IƆCC XXXXIII.



EDITORIS

PRAEFATIO.



NON novum ſed conſuetum veluti ſæpiusque jam tentatum laborem denuo in præſenti adgredi eſt animus. Rogati enim iterata vice publici juris facimus illuſtrium duorum ICtorum, bigam de uno eodemque argumento diſſertationum, quarum inprimis poſterior huc usque adeo rara evaſit, ut cum rariſſimis omnino certare potuerit. Ad temporis autem momentum, quo utraque prima vice publicam vidit lucem, quod attinet; prior ſub moderamine *Ill. B. Mich. Henr.* GRIBNERI, anno hujus ſæculi ſeptimo atque decimo, die XV. Maji a *Lud.*

Aug. SCHROETERO, inauguralis instar speciminis, fuit proposita; Et quum deinde *Cel.* FRANCKIVS, Opuscula praestantissima modo memorati *Ill.* B. GRIBNERI V. Tomis sed uno volumine *Halae 1722. in 4.* junctim ederet, hanc quoque commentationem, sub finem paullulum mutatam, & iis inprimis, quae *Ill.B.Praeses ordinis ICtorum Wittebergensium tunc Pro-Decanus,* in Programmate auspicali, de *hoc argumento* differuerat, suis adjectis locis, auctam, Tom. IV. Opusc. Jur. Publ. Sect. V. p-101.-122.-incl. inseruit. Altera sub praesidio pariter *B. Ill. Burc. Gotth.* STRVVII, *Jenae* An. cIɔIɔccxxiv. die xvi. Oct. a *Gottlieb Friderico* HOEFFLICH fuit habita. Unaquaeque vero, partim auctoris sui celebritate, eruditionis apparatu, argumenti utilitate, ac solida denique expositione, partim etiam dictionis elegantia, omnino, prout certo certius sumus persuasi, omnibus se se apprime commendare poterit. Nostrum nunc esset, exequi ea, quæ præfationum leges generatim postulare videntur. Sed antequam circa illa, nostris satisfaceremus officiis, non nulla præmonere, & unam alteramve afferre observationem, paucisque persequi,

qui, non abs re fore judicavimus, inprimis, quum, ob temporis penuriam, prohibeamur, peculiare argumentum, data, ut ajunt opera, exponere. Prima ergo nobis erit cura, circa instituti nostri rationem ac usum inprimis, quædam in medium proferre. Collectiones autem Dissertationum, juris speciatim publici, generatim singularem quendam præstare usum, superiori jam sæculo agnoverunt, *Viri* eruditione longe *Celeberrimi*, in colligendis ejusmodi disquisitionibus summo studio occupati. Ex pluribus, qui jam sub initium superioris sæculi, *a*) & postea, *b*) talem susceperunt laborem, vel unicum nominasse, credimus, sufficiet, illum scilicet toto pæne orbe *Clarissimum ICtum*, *Ahasverum* FRITSCHIVM. Qui utpote, non

a) Ita Anno cIɔ Iɔ XIV. jamjam *Hanoviae* in 4. maj. prodiit Collectio huc referenda, sub tit. *S. R. I. Ius publicum Clarissimorum quorundam JCtorum*, cui et insequenti anno cIɔ Iɔ XV. successit Tomus II. Et vulgo quidem, sub ICtorum Westphalicorum elogio, tradi ac citari solet. Ipsius etiam veluti patris Doctorum juris publici in Imperio nostro, *Celeb. Dominici* ARVMAEI ita dicti Discursus Academici, quorum prima Collectio *Ienæ 1616. in 4.* publici juris facta legitur, miscellis ejusmodi constat dissertationibus. Et quem quæso latet *Nucleus Discursuum seu Dissertationum hactenus in jure publico Giessae Hassorum 1625. in 4. a Nicol.* HAMPELIO *editarum.*

b) Reliquas collectiones, superiori sæculo editas, recensere, spatii angustia et praefixus scopus prohibent.

contentus, quo ſua propria opuſcula junctim edere curaret, *c*) varias quoque Diſſertationum Juris Publici ab aliis auctoribus profectarum, collectiones cum orbe erudito communicavit. *d*) Quum ergo egregium adeo exhi-

c) Omnium prima eorum editio nobis, ſub ſequenti ſe ſe obtulit titulo: *Abasv.* FRITSCHII Sylloge variorum tractatuum juris publici et privati, *de* 1) *monopoliis*, 2) *palatiis principum*, 3) *viis publicis*,* 4) *nundinis*, 5) *primariis precibus*, 6) *jure neceſſitatis*, editio altera *Jenæ 1666. in 4. 3. Alph. 9. pl.* Hanc Syllogen dein excepiſſe videntur EIVSD. Opuſcula Varia XLVII, uno Volumine comprehenſa, *Norib. 1690. in fol. 13. Alph. 12. pl.*

d) Quoniam nullibi accuratam, de his collectionibus notitiam datam, reperire licuit, et plures inſuper in ea verſantur opinione, illas FRITSCHIANA tantum complecti opuſcula; forſan multis non injucundum erit, et has accuratius paululum cognoſcere. Eorum itaque in gratiam ſequentia de illis notabimus. Prodierunt autem

1) *Exercitationes juris publici*, in quibus, de tutela electorali, eccleſiaſtica nobilibus imperii competente, jure conſiſtoriorum, ſuperioritate principum imperii, jure electionis imperatoris etc. tractatur, acceſſit *Index Rerum et Verborum*, *Rudolſt. 1667. in 4. 4. Alph. 13. pl.*

2) *Exer-*

* Nec intactum quoque hic relinquere credidimus, hanc diſquiſitionem, in fronte quidem hujus ſylloges indicatam, ſed neutiquam in ipſo, ut ajunt textu, deprehendi, ibi enim *palatia principum*, ſtatim p. 214. excipiunt *nundinae*. Hinc quum in poſteriori *Opuſculorum Fritſchianorum* collectione, quam modo citavimus, ſaepius memoratæ ſylloges Commentationes primum occupent locum, factum etiam, ut nec in hac, de *viis publicis tractatio*, compareat, licet in indice opuſculorum illis præfixo, ſub No. III. pariter ſit notata. An in noviſſima horum operum editione, quæ, cum Praefatione *Ill. B. Mich. Henr.* GRIBNERI, lucem vidit publicam *Norib. 1731.* fol. II. Tomis, haec lacuna fuerit ſuppleta, tuto aſſerere non licet, quum in præſenti nobis non ſit ad manus.

exhibuerint usum saepius memoratae collectiones, ubi multa tamen occurrunt, quae jure meritoque possunt desiderari, quum dispersos tantum labores, nec ullo inter se ordine nexos, contineant; longe majorem nostrae

2) *Exercitationum Variarum juris publici* PARS SECVNDA, continens materiam de variis potestatibus, Romani et Germanici Imperii, jure reipublicae, Landsassiis et Schrifftsassiis, jure emigrationis et detractionis, etc. *cum indice ibid. 1665. in 4. 5. Alph. 1. pl.*

3) *Exercitationum Variarum juris publici* PARS TERTIA ET VLTIMA, in qua agitur, de statu regionum Germaniae, recessibus imperii, jure albergariae, Characteribus status imperii, jure aperturae, jure fortalitii etc. *ibid. 1670. in 4. 3. Alph.* Huic accessit: *Appendix* TERTIAE PARTIS, *variarum exercitationum juris publici*, de jurisdictione ecclesiastica, jure indigenatus, jure consiliariorum, jure commerciorum etc. cum *indice in universam Partem, Gerae 1670. in 4. 1. Alph. 18. pl.*

Sed hoc non obstante, denuo comparuit

4) *Exercitationum Variarum juris publici Romano-Germanici* VOLVMEN NOVVM, in quo de antiqua Germanorum republica, oppignorationibus imperialibus, cursu publico et angariis Germanicae nationis in hodierno imperii Romani statu, praeeminentia etc. *Francof ad Moen. 1675. in 4. 1. Alph. 21. pl.*

5) *Exercitationum Variarum juris publici Romano-Germanici* VOLVMINIS NOVI PARS ALTERA, continens materias, de statu veteris et novae Reip. Romano-Germanicae, Imperatore Romano ejusque electione, superioritate territoriali, juribus circa religionis dissidium in imperio receptis etc. *Francof. et Lips. 1679. in 4. 3. Alph. 17. pl.* Elucet exinde satis superque indefessum et laboriosissimum *Celeb.* huius VIRI ingenium. Inseruit quoque his collectionibus varia suorum opusculorum Ill. B. FRITSCHIVS, uti vel jam ex nostra praesenti Scriptorum de territoriis etc. recensione patet e. g. No. 133. Plures denique hujus laboris partes, omni adhibita diligentia, haud reperire licuit.

noſtræ collectiones utilitatem omnibus poſſe afferre, exinde licet conjicere. Siſtunt enim, partim vel uno veluti intuitu, idem argumentum a diverſis eruditiſſimis Viris diverſa ratione elaboratum, ita ut exinde unus quisque optima colligere & in uſus ſuos convertere valeat, vel exhibent porro cognata argumenta, naturali quodam ordine inter ſe juncta, quo hujus ope ſyſtematicam doctrinæ cognitionem, qui velit, acquirere poſſit. Sed nec ſicco pede ſunt transeundæ, quas plerumque præmittere aut ſubjungere ſolemus, ſcriptorum, notitiae litterariae. Aſt hoc idem eſt quod multis forſan dubium videri poterit, an nimirum præmiſſæ vel annexæ noſtræ ſcriptorum recenſiones, alicujus ſint uſus. Duplicem autem, vel, ſi mavis triplicem inprimis habere utilitatem ejusmodi ſcriptorum memorias, *e*) nemo facile inficias ibit.

e) Hoc quidem facile largimur, eruditionis ac eruditi laboris prærogativam eas ſibi vindicare haud poſſe, utpote quae iis tantum competere videntur, quæ longa exercitatione judicii, et diſciplinarum philoſophicarum ope, ſolent proferri. Sed non pauci quoque, ſperamus, nobiſcum confitebuntur, innumerum ejuſmodi ſubtilitatum, vel eruditiſſimarum etiam, numerum nec ulli mortalium aliqua tantum ratione prodeſſe poſſe. Cujus enim quaeſo ſunt utilitatis? ſubtiliſſimae illae et improbo adeo olim labore ab ita dictis Scholaſticis pertractatæ doctri-

ibit. Ita enim arcere poſſunt ſcribendi pruritum, ac inprimis adeo frequentem illam novarum veritatum jactationem. Plures ſiquidem ex inſcitia ſcriptorum de uno alte-

b rove

doctrinæ, *de hæcceitatibus*, *quidditatibus*, *actionibus*, *antecedenter ad voluntatem Dei*, *vel juſtis vel injuſtis*, quid proderit infinitus ille diſtinctionum numerus? tanto ſtudio olim tractatus, ut taceam ſpinoſas, quid quod et perniciofas ac ridiculas partim, quæſtiones in ſacra inprimis Chriſti civitate nunquam non moveri ſolitas, et maximo cum animorum fervore multorumque periculo ac exitio prorſus excuſſas. Ut innumeras alias taceam, unico ſolum exemplo aſſertionem noſtram illuſtrabimus. Ita aliquando ſæculo potiſſimum XV, acriter fuit diſputatum, *an Chriſtus in cœlis ad dextram patris ſedeat vel ſtet?* v. *Chriſt. Aug.* FREYBERGERI Programma II. *de Scholarum Saxonicarum præſertim hyeme*, (Dresdæ 1726. in 4.) pag. 11. not. 6. Inſuper, licet, omnium ſine dubio conſenſu, præcipuus ac primarius univerſæ ſanioris philoſophiæ finis eſſe debeat, emendatio intellectus et voluntatis, nihilo ſecius experientia, tot exemplis, nullo non die monſtrat, ſummos philoſophos, et quos alii ceu oracula venerantur, in ipſa vitæ ratione, nec umbram quidem emendati intellectus et inprimis voluntatis oſtendere, totque utriusque vitia palam prodere, quæ nec ii quidem præ ſe ferunt, qui infima quoque ſorte nati, nec ullis unquam litteris operam dedere. Sed ut et ad leves noſtras disquiſitiones revertamur, illæ porro non exhibent longam doctæ lectionis faraginem et verboſa auctorum undecunque conquiſitorum loca. Attamen inter omnes etiam conſtat, quam copioſa ſint ab argumenti exponendi indole aliena, quibus ampliſſimæ diſſertationes, et maximæ molis volumina referta deprehenduntur, ita ut et ab exteris vel mordaciſſimis verbis noſtratibus ſæpius ſæpiusque legamus exprobratum, eos non niſi edendis eiusmodi libris eſſe natos, quorum moles integrum hominem valeat deprimere. Generatim profecto, de iuſto unius alteriusve docti laboris pretio, iudicare grave videtur, et longe adhuc gravius, veram uni præ altero

rove argumento, calamum arripiunt, & quæ centies jamjam ab aliis ſunt dicta, iterum in chartam conjiciunt, nihilo ſecius ſecum, & interdum ſerio quidem, reputantes, exponere ſe argumentum ab aliis prorſus intactum. Ex hoc ergo fonte huc usque maximam partem manavit, tanta ſcriptorum de una eademque doctrina, multitudo, magno quidem ementium diſpendio. Nec profecto haberemus tot novarum veritatum ac inventionum jactatores, ſi plures hiſtoriæ litterariæ, & ſcriptorum inprimis, qui ſingularia

ria

tero prærogativam decernere. Quotidie namque videmus, unum quemque, qui in una alterave arte excellit, eam reliquis omnibus ſolere anteponere, et acquiſitam in ea ſcientiam adeo extollere, ut, vel ſola ob hæc in mente ipſius erga ſuam artem nata merita, reliquis mortalibus omnibus iure meritoque ſe credat præferendum. Philoſophi inprimis et ita dicti critici de artis ſuæ excellentia ita videntur perſuaſi, ut omni pæne die nova edant documenta, quam arduo ſtudio ac conatu laborent alios omnes, de illa ſuisque meritis, et adquiſita in his ſtudiis ſcientia, plane peculiari, convincendi, hocque pacto principem præ cæteris cunctis ſibi vindicandi locum. Nobis quidem unicum laborum noſtrorum præfiximus ſcopum, utilitatem communem, memores illius *Pliniani* Lib. VIII. Epiſt. 8. *quotus quisque tam patiens, ut velit diſcere, quod in uſu non ſit habiturus?* Quem ſi levibus noſtris lucubrationibus, ſicuti huc usque, et in poſterum obtinere valeamus, ſatis habebimus, prorſus non curatura, num alii eas alto ſupercilio condemnant, ac habito ad maieſtatem vel eruditionis ſuæ philoſophicæ, vel multifariæ lectionis reſpectu, ceu infimæ ſortis fœtum reputent nec ne?

ria argumenta ſunt perſecuti, notitiam eorumque diligentiorem inſpectionem, nec non accuratiorem lectionem ſibi comparasſent. Hoc quippe neglecto, quotidie fere perſpicimus, quam plures hinc inde novam & ab ipſis primum excogitatam perhibent veritatem, vel aliam novam gloriantur inventionem, ante ſæculum jam cognitam & ſolidiori ſæpius ratione fuiſſe expoſitam. Vixerunt enim omni ævo homines, licet interdum perpauci, intellectu, ſine cultura etiam, acute perſpicaci, & ad eruendas vel abſtruſiſſimas veritates longe aptiſſimo. Poſſemus plura hanc in rem afferre exempla, niſi hac ratione extra oleas vagari videremur. Ad aliud potius accedimus commodum, quod ejusmodi ſcriptorum notitiæ, quales nos ſolemus exhibere, valent afferre. In eo autem illud conſiſtit, ut, qui aliquod elaborare argumentum ſecum conſtituit perſpicere poſſit, num de illo aliorum jam extent monumenta litteraria, num leviter vel accurate & cum ſolida argumenti expoſitione, tractata adeoque ſecum reputare queat, num aliquid novi in medium proferre & propoſitum argumentum meliori accuratiorique ratione,

quam a cæteris jam factum, perpolire valeat, & hinc in proposito ipsi sit pergendum, vel ab illo prorsus abstinendum, nisi crambem toties repetitam denuo apponere, & hoc pacto lectores tempore ac emtores pecunia velit defraudare. Tertium denique emolumentum, quod, nostro judicio, scriptorum a nobis traditæ recensiones, afferre possunt, in eo positum videtur, ut legendo trutinandoque plurium, de una eademque, doctrinæ cujusdam parte, opiniones, meditationes ac explicationes solidiorem longe ac vel exactissimam illius, hoc pacto, cognitionem nullus non queat acquirere, secundum tritum illud, plus vident oculi, quam oculus. Et hinc est quod speremus, fore ut rite expensis, quæ huc usque adduximus, utilitatis certe rationem nostris, in hoc genere studiorum, laboribus, nemo facile sit denegaturus. Possemus nunc reliquis nostris, in scribenda præfatione, fungi officiis, nisi prior præstantissimarum jamjam iterum a nobis publici iuris factarum disquisitionum, occasionem præberet & jure quodammodo suo posceret, unam alteramve observationem adjicere ac paululum persequi. Primum inter has occu-

pat

pat locum, quæ ſequitur, quæſtio: *an ſcilicet diſtinctio feudorum in curte & extra curtem, diſtinctioni feudorum, quæ ſunt in territorio & extra territorium domini directi tam accurate reſpondeat?* Affirmat eam *Ill. B.* GRIBNERVS, in ſæpius laudata Diſſertatione, *§. II. pag. inprimis 105. Tom. IV. Opuſculor.* EJVS. Ipſius vero argumenta ſigillatim expendere, & diverſas interpretum juris feudalis, *de feudis in curte & extra curtem*, ſententias hic recenſere, *f*) quum partim prolixum nimis foret, partim etiam, ne hac ratione extra oleas omnino vagari videremur, religioni nobis duximus. Paucis itaque tantum nonnulla proferre animus eſt, quæ ad feudorum *in curte & extra curtem*, genuinam denominandi rationem ac indolem, illuſtrandam demonſtrandamque, unice pertinere nobis ſunt viſa, & ex quibus abunde ſatis, prout ſperamus, patebit, quid de comparatione *feudorum in curte & extra curtem*, cum

 illis,

f) Poterit interim, qui eas noſſe cupit, præter *Ill.* GRIBNERI ſæpius memoratam Diſſertationem, in præſenti iterum recuſam *§. II. n. a. b. c. d.* evolvere, *Ill. Dom.* A GOEBEL, præſtantiſſimam disquiſitionem, *de Feudis extra curtem* (Helmſt. 1725. in 4.) *Sect. II. §. I. ſeq. p. 18. ſeq.* et *Conſ. Aug. Chriſtian.* REHFELD Diſſ. de *Feudis in curte et extra curtem von Lehen in- und auſſer dem Lehen-Hof* (Argent. 1697. 4.) Cap. I. pag. 3. ſeq. et Cap. II. pag. 6. ſeqq.

illis, quæ ſunt *in territorio vel extra territorium, domini dirigentis*, re ipſa ſit ſtatuendum. Ad veram igitur horum feudorum naturam ac nominis vim penitius cognoſcendam, ante omnia præmonere, ac ceu poſitionem fundamentalem adſtruere ducimus neceſſe, iſtam feudorum ſpeciem deprehendi tantum in jure feudali Longobardico, ignoratam adeoque juri feudali Germanico. Nam nullibi, nec in legibus nec in conſuetudinibus Germanorum feudalibus, memoratur. Exinde noſtro, quidem judicio, nexu prorſus indiſſolubili, ſequi videtur, explicandam ergo eſſe horum feudorum genuinam rationem, ex vi vocis *curtis*, quam apud Longobardos, & ſpeciatim in eorum jure offendimus, non qualem Germanorum, Gallorum aut reliquarum Europæ gentium priſtina monumenta huic vocabulo ſignificationem tribuunt. Quam variæ quippe fuerint olim *barbaræ hujus vocis*, notiones vel ex ſolo *Celeb.* DU FRESNE *Gloſſario* h. *Vocabulo* multis exemplis, unusquisque perſpicere poterit. Ex legibus igitur Longobardicis, ſequentia, quæ huc usque invenire licuit loca, in quibus *curtis* vox occurrit, huc lubet tranſcribere ac ordine quidem chro-

chronologico. Ita e Legibus *Rotharis* Longobardorum regis, huc pertinent

Lex 153. (ſeu LL. Longob. Lib. II. tit. XIV. n. I.), apud Conſ. GEORGISCH in *Corp. Juris Germ.* (Halæ 1738. 4. maj.) pag. 966. 967. ſub rubrica de *Gradibus cognationum.*

Omnis parentela usque in ſeptimum genuculum numeretur, ut parens parenti per gradum & parentelam heres ſuccedat. Sic tamen ut ille qui ſuccedere vult, nominatim unius cujusque nomina parentum ſuorum anteceſſorum dicat. Etſi intentio fuerit, contra CVRTEM REGIAM, *tunc ille, qui quærit, præbeat ſacramentum cum legitimis ſacramentalibus ſuis duodecim & dicat per ordinem, quod* parentela noſtra ſic fuit; & illi fuere nobis parentes quomodo nos dicimus

Lex 163. (ſeu LL. Longob. Lib. I. tit. X. n. I.) apud EVNDEM l. c. p. 969. ſub eadem rubrica

Si quis in morte parentis ſui inſidiatus fuerit, id eſt, ſi frater in morte fratris ſui aut barbari, quod eſt patruus, ſeu Conſobrini inſidiatus fuerit, & ille cui inſidiatus fuerit, filium, 1) *non reliquerit, non ſit* ille heres 2) *de cujus anima tractavit*, nec 3) *alii parentes proximi; & ſi alios parentes proximos non habuerit, tunc illi* CVRTIS REGIA

1) al. MS. *filior.*
2) al. MS. *illi heres.*
3) Mur. *ſed.*

REGIA *ſuccedat. De anima autem illius homicidæ ſit in poteſtate regis judicare, quod illi placuerit: Res vero quas homicida reliquerit, parentes proximi & legitimi habeant; & ſi parentes proximos non habuerit, tunc* CVRTI REGIAE *ſocientur.*

Porro e Legibus *Liutprandi* regis, de anno regni ejus XII. Lib. VI. cap. VI. (ſeu LL. Longob. Lib. I. tit. XXXIV. n. I.) ap. EVND. p. 1057. 1058.

Si quis Gaſtaldius, aut Actor Regis CVRTEM REGIAM *habens ad gubernandum, ex ipſa* CVRTE *alicui ſine juſſione regis caſam tributariam, terram,* ſilvam, vites, vel pratum 1) *auſus fuerit donare, aut ſi amplius quam juſſio* Regis *fuerit, dare præſumſerit; vel* quærere *neglexerit, quod per fraudem* oblatum eſt, omne quid quid contra 2) *juſſionem Regiam facere auſus fuerit, in duplum Octogilt componat, ſicut qui rem regiam furatus fuerit: Etſi ipſe* aut 3) *mortuus fuerit, quam fraus ipſa appareat, heredes ejus componant, ſicut ſupra legitur. Nam ſi per Actorem fraus facta fuerit & antequam ad noſtram pervenerit notitiam, fraus ipſa per Gaſtaldium inventa fuerit, habeat ipſe Gaſtaldius de compoſitione, quam actor componere debet, partem tertiam, & duæ ſint in* CVRTE REGIA. *Etſi prius per qualemcumque hominem ad noſtram pervenerit notitiam, quam per Gaſtaldium inventa fuerit, tunc compoſitio ipſa in integrum nobis, &* CVRTI *noſtræ* perveniat &c. 4)

Nec

1) al. MS. *ſilveta vel prata.*
2) al. MS. *requirere - - - tultum eſt, omnia ipſe qui hæc contra.*
3) al. MSS. *ante.* 4) al. MS. *pertineat.*

Nec non e Legibus *Aistulphi* Regis, Lex XII. (seu *LL.* Longob. Lib. II. c. LV. num. 19.) apud EVND. p. 1132. 1133.

Si quis in CVRTE REGIS *caussam habuerit*, & evenerit, 1) *ut prius* CVRTIS REGIA *sacramentum deducere debeat*, si minor caussa de solid. XX. fuerit, per sacramentum obscarionum *cum actoribus finiatur.* Si vero major caussa fuerit, actor 2) *de loco cum actoribus secundum qualitatem caussæ, per sacramentum persolvat.*

Ut & e *Pipini* Italiæ Regis Legibus Cap. I. (seu LL. Longob. Lib. III. c. I. n. 17.) apud EVND. p. 1175. 1176.

Ut ecclesiæ baptismales, seu oracula, qui eas a longo tempore restaurarint, mox iterum eas restaurent: & tam CVRTIS REGIA, *quam Longobardi*, tales ibi habeant dominationes, quales 3) *illorum a longo tempore fuerit consuetudo.*

E Legibus denique *Lotharii I.* Regis Lex 73. (seu LL. Longob. Lib. II. tit. XVII. n. II.) apud EVND. pag. 1237.

Concedimus & Gastaldiis nostris, CVRTES NOSTRAS *providentibus, ut si proprio eorum pretio res emerint, aut quoli-*

1) al. MS. *cum Curte - - & venerit.*
2) al. MSS. *Si major caussa fuerit, per sacramentum ab Sebarione - - Si vero minor fuerit caussa, id est infra XX. solid. actor etc.*
3) al. MS. *talem inibi habeant dominationem, qualem*

quolibet justo contractu acquisiverint, sicut lex illas res ad nostram partem concedit i) *ita eas illis concedimus, si in servitio nostro fideles inventi fuerint.*

Hæc autem accuratius paulo perpensa declarant, Longobardos *Curtem* appellasse, quam nos vocare solemus, integram dynastiam vel potius præfecturam, aut si mavis, prædium cum amplo terrarum tractu, fundis, agris, pratis, fluminibus, pluribus domiciliis, villis, aut pagis, quales hodie sunt, subditis etiam &c. instructum, ac jurisdictione denique præditum. Unde simul patet, *Curtes* Longobardorum, omnium optime respondere Germanorum in medio ævo adeo celebribus ita dictis, *dominiis & advocatiis* g). Sicuti vero apud majores nostros, olim, quemadmodum adhuc

i) al. MS. *concedebat.*

g) Horum vocabulorum genuinam vim ac significationem, qualem in medio ævo maiores nostri illis tribuere, omnium optime ac summo studio eruit *Ill. Dom.* A MEIERN, in præstantissima Deductione cui titulus: *Gründliche Nachricht von dem an die Stadt Lübeck 1359. verpfændeten Dominio et Advocatia oder Herrschaft und Vogtey Mœllen aus Diplomatibus und Urkunden erwiesen 1740. fol. Sect. I. §. 1. sequ.* Inprimis vero Sect. II. §. I. sq. sole meridiano clarius demonstrat, dominium et advocatiam sæpissime in Germaniæ mediæ documentis denotare, quam nos præfecturam, *ein Amt oder praefectur*, appellamus, et dominium quidem speciatim ipsam indicare sic dictam dynastiam, advocatiam vero iurisdictionem, et huic inhærentia iura in dominio vel dynastia ipsa exerceri solita.

huc hodie, ad ejusmodi *dominia & advocatias* certi quoque pertinebant vasalli vel ministeriales *h*) feuda sua in illis habentes, ita apud Longobardos quoque occurrunt *pares Curtis*, qui, uti ex sequentibus elucebit, fuere Vasalli, qui in illa *curte*, vel ex veteri Germanica & hodierna denominandi ratione in *dominio illo* & *advocatia* aut *præfectura*, feuda sua possederunt. Hanc vero assertionem satis superque probant, qui sequuntur juris feudalis, Longobardici textus.

I. Feud. 2. §. 1. *Si vero Gastaldi i) aliquid nomine proprii feudi possederint, non valebunt propterea possessionem sibi defendere, nisi per pares curtis, vel breve testatum potuerint probare, se antequam Gastaldi essent, vel postquam desierunt esse, investituram accepisse.*

I. Feud. 4. §. 5. *Si quis de mansouno k) feudi nomine investituram acceperit, & dixerit, quod omne incrementum pertineat*

h) Patet hoc ex locis *elegantissimæ deductionis* §. antecedenti citatis et speciatim Sect. II. §. I.

i) Hi ipsi Gastaldi erant, quibus commissæ fuerunt curtes regiæ, ceu supra adducta legum Longobardarum loca fusius declarant. Et exinde simul ratio dispositionis in hoc textu elucet, ne scilicet Gastaldi muneris sui ope, facile, in curte, cui præessent, feudi nomine ad se trahere valerent, quæ essent regis vel domini.

k) Mansus, sa, sum, notabat olim certam agri portionem, quæ et coleretur, et in qua coloni ædes esset. Ut plurimum pro ipso colono accipiebatur vid. DU FRESNE *Glossarium mediæ et infimæ latinitatis* h. *voce*.

tineat ad eum per investituram: si dominus reservaverit sibi aliquid in ipsa curte, tunc opportebit fidelem incrementi investituram per pares curtis vel per breve testatum probare.

I. Feud. 18. princ. *Si vero fuerit contentio inter minores valvasores l) & majores de beneficio: in judicio parium definiatur vel per judicem m) curtis.*

II. Feud. 2. princ. *Si enim domino adhuc in possessione constituto, an facta sit investitura quæratur: non debet probare nisi per pares curtis illius domus, vel per publicum instrumentum, a tribus vel duobus paribus confirmatum. n)*

Aſt

l) Valvasores minores vel Valvosini erant, qui a nobilibus feuda tenebant, et capitaneorum erant subvasalli v. *Burc. Gottb.* STRUVII *Jurisprud. Feud. Cap. VI. §. IX. p. 172.*

m) In Germania olim Advocatus utplurimum vocabatur eiusmodi iudex, germanice *Vogt* v. DU FRESNE hac voce. Forsan et hic subintelligitur iudex curtis regiæ, vid. et supra not. g. cit. Deduct. *Ill.* A MEIERN Sect. III. §. 2. sq.

n) Quo clarius igitur hæc loca designent *curtem*, qualem supra descripsimus, eo magis nobis mirandum videtur, nihilo secius nonnullos Juris Feudalis Doctores, et inter hos inprimis *Ill. B.* STRUVIUM, in sua *Jurisprud. Feud. cap. IV. §. XVII. p. 96. n. *** et pag. 99. n. ** contendere, in iis *curtem* pro curia domini directi accipi, et *I. Feud. 18. princ.* potissimum subintelligi, *curtem dominicatam* i. e. *prædium domini quod cuidam ad mallum publicum tenendum fuisset destinatum.* Aſt quid quæso, si *curtis* in his locis *curiam domini* indicet, opus fuisset illa in primo loco de *Gastaldio* iudice utpote curtis, dispositione? cuius rationem supra not. i. demonstravimus. Qua porro ratione *unius* tantum *mansi investitura*, ad solennem domini directi curiam quadrat. *Valvasores etiam minores et judex curtis*, nec non *pares curtis illius domus*, commodiori longe modo, de curte supra delineata, quam de *curia domini*, possunt interpretari. Potissimum vero verba, *curtis illius domus*, indicare omnino

Aſt nunc forſan quis ſpecioſe ſatis objicere poterit, quæ huc usque de Curtibus Longobardicis operoſe diſputavimus, de curtibus regiis ſolum eſſe intelligenda, non de aliis. Demonſtrandum igitur erit, ita dictos *capitaneos*, vel majores regni Longobardici proceres, curtes quoque poſſediſſe regiis in omnibus ſimiles. Teſtatur hocce præ reliquis

II. Feud. 51. *Quidam capitaneus in quadam curte ſua beneficium dedit militibus, & poſtea eandem curiam o) vendidit, non habita mentione beneficii. Controverſia eſt inter capita-*

no videntur, locum ubi in *curte* vel *prædio* iurisdictio fuit exercita, quemadmodum adhuc hodie apud nos omnia documenta iudicialia in feudis vel prædiis ruſticis, iurisdictione gaudentibus peracta e. g. citationes ſolenni illa finiuntur formula: *datum vel ſcriptum Hauß* N. N. Quod et apud Longobardos in uſu fuiſſe ex hoc loco coniicere licet. Et quum inſuper notum ſit, apud omnes Germanici ſanguinis populos neminem, ne villicum quidem, nonniſi a ſuo pari iudicari potuiſſe, noſtram de curte Longobardica ſententiam potius magis magisque corroborare valent hæc verba. Exiſtentiam denique *curtis dominicæ* i. e. iudiciariæ, qualis quidem olim in Germania fuit, e monumentis pluribus Germanicis probavit *Ill. B.* STRVVIVS l. c. non vero Longobardicis. Apud hos vero *curtes regias*, et ſine dubio reliquorum etiam procerum ſuos habuiſſe iudices, et ſupra allata LL. Longobardicarum loca declarant, et e contextu verborum *I. Feud. 18. princ.* non aliter coniicere licet. Ulteriorem tamen iam prolatorum diſcuſſionem præfixus ſcopus haud patitur.

o) In hoc textu, prouti nexus verborum de hinc ad finem usque manifeſte ſatis prodit, *curia* pro *curte* a nobis ſæpius memorata, ſumitur, confirmatque ideo magis magisque noſtram de illa ſententiam.

pitaneum & emptorem dicente emptore se curiam cum beneficio emisse: domino vero contradicente, ad eum beneficium non pertinere. Respondetur, illud beneficium non contineri, nisi expresse de eo actum sit.

Et hæc igitur sunt quæ nos adduxere, quo statueremus, apud Longobardos feuda in curte fuisse illa, quæ Vasalli in ejusmodi *Curte*, qualem supra fusius exposuimus, possederint & extra curtem, quæ domini Vasallis suis extra tales *suas curtes* contulerint. Confirmamur insuper in hac nostra opinione, quod in primario Juris feudalis Longobardici loco, *I. Feud. 5. §. 1.* ubi omnium consensu, sedes est hujus feudorum divisionis, hæc inprimis maxime notanda verba deprehendantur. *Similiter si extra curtem detinuerit, & dominus districtum habuerit, vel alium honorem, & si alienaverit sine domini voluntate, jure ad domiminum revertitur.* Ex iis enim videmus, non sine caussa, *feudis extra curtem*, respectu domini, addita verba: *& dominus districtum habuerit*, quibus sane haud opus fuisset, si curtis apud Longobardos denotasset vel curiam, aut territorium nostro quidem sensu sumtum. Districtum quippe appellare solent mediæ ætatis monumenta amplum territorium,

rium, aut ad minimum illius jurisdictionem cum aliis huic inhærentibus juribus, v. DU FRESNE h. *voce*. Ex iis ergo, quæ huc usque de *Feudis in curte & extra curtem*, pro virium modulo, exposuimus nunc eo clarius, credimus, elucebit, istam feudorum speciem, magis magisque accedere ad ea Germanorum beneficia, quæ in nonnullis imperii nostri provinciis, e. g. Saxonia usitata, vel *Amtsassia* vel *Schriftsassia* vulgo solent audiri, quorum nimirum priora jurisdictioni *Præfecturæ*, vel medii ævi stilo, *Advocatiæ*, in qua sunt sita, subsunt, & quidem tam in prima, ut ajunt, *instantia*, quam intuitu primæ provocationis. Posteriora vero, sine dubio antiquitus extra curtem, aut Germanico loquendi modo, extra dominium & advocatiam, collocata, ubi tamen dominus districtum habuit, curiæ domini feudali immediate subfuerunt, sicuti adhuc hodie cognitioni regiminis & curiarum provincialium domini dirigentis, hac ratione, subjecta sunt. Quandam denique similitudinem quoque feuda in curte habere videntur, cum majorum nostrorum ita dictis *feudis castrensibus*. Hæc enim soli juri feudali Germanico cognita, ignorata vero Longobar-

gobardico *p*) iis præcipue data erant, ſtipendii loco, miniſterialibus, qui in certo quodam caſtro militandi, illudve adverſus quamcunque hoſtium vim defendendi gratia, erant conſtituti, inde dicti *Caſtrenſes* vel *Caſtellani*, germanice, *Burgmænner*. *q*) Iſta quippe feuda pari ratione uti feuda in curte, in quodam circa caſtrum defendendum terrarum tractu, certis limitibus circumſcripto, locata & omnia fere præcipua Germaniæ caſtra quondam his feudis & miniſterialibus inſtructa leguntur. *r*) Ex dictis igitur B. L. ipſe accuratum ſatis judicium ferre poterit, quo nitatur fundamento; comparatio *feudorum in curte & extra curtem*, cum *feudis* noſtris *in territorio & extra territorium domini dirigentis*, in eo potiſſimum ſenſu, quo his temporibus, territorii vox ab omnibus ſolet uſurpari. Qua de cauſſa ulterius nunc erit progrediendum ad ea, quæ circa EJVSDEM *Ill. B.* GRIBNERI nunquam ſatis

tis

p) Prout egregie demonſtravit, *celeb.* WALDSCHMIDT, in eleganti ſua, de *feudis caſtrenſibus* diſſertatione *Marb. 1722. in 4. §. II. p. 4. ſeq.*

q) IDEM diſſ. cit. C. IV. p. 8. ſeq. et *Ill. Io. Georg.* ESTOR, Patronus noſter e paucis certiſſimus ſummopereque colendus, in eruditiſſimis ſuis, *de Miniſterialibus*, commentariis, (*Argent.* 1727. 4.) Cap. II. §. CCXXVII. p. 180. ſeq.

r) Quemadmodum etiam modo citata *Illuſtrium Auctorum* loca teſtantur.

tis laudandæ jam iterum editæ dissertationis, §. VIII. not. f. adhuc paucis monenda nobis sunt visa. Miratur in hac annotationes *Ill. B.* GRIBNERVS Doctores, *cum in præstandis servitiis Imperatorem, aut antiquiorem dominum, aliqui etiam patrem excipiant, non commemorare territorii dominum inter eos, adversus quos Vasallus directo domino non cogitur servire. Hunc enim semper exceptum videri adeo manifestum esse parum ut absit, ut crimen perduellionis committi a cive dixerim, qui contra principem suum, cuicumque domino directo auxilium ferat.* Ast hoc Doctorum juris feudalis, de excipiendo domino territorii, a præstandis contra illum servitiis feudalibus, silentium nobis quidem prorsus non videtur mirum. Iis quippe sine dubio Doctoribus, quos *B. Illustri* VIRO nominare non placet, & qui unice uniceque, in hoc etiam casu, sola juris feudalis principia sunt secuti, territorii jura, quæ in hac Dissertatione, domino territoriali, in Vasallum alius domini directi, vindicantur, nondum fuerunt cognita, inprimis quum altum de iis in universo beneficiorum jure deprehendatur silentium. Quare & nobis circa illa hæc quoque stat sententia, dimetienda esse ejusmodi jura unice, vel ex le-


d gibus

gibus & ſtatutis provincialibus ubi tale feudum ſitum, expreſſis, vel uſu ac conſuetudine provinciæ legitima, circa illud determinata. Sed quum hic non ſit locus fuſius hæc omnia explicare, conſulto reliqua, quæ ideo proferri poſſent, cenſemus prætereunda. Noſtrum potius erit ad finem properare. Prius tamen, circa noſtram ſcriptorum recenſionem adhuc unum alterumve verbulum, pace B. L. adjiciemus. Diviſimus eam in certa capita, & hæc rurſus in ſuos paragraphos, & quasdam hinc inde obſervatiunculas, editiones diverſas, fata & contenta libellorum concernentes, quantum quidem temporis anguſtia, huic labori deſtinata, permiſit. Generatim vero omnem movimus lapidem, quo juſto diſponeremus ordine, quos adduximus, ſcriptores. Judicia de illis contra, iterum, ob cauſſas in præfatione novæ editionis *elegantiſſimæ* LEYSERIANAE *Commentationis, de Aſſentationibus ICtorum*, conſulto omiſimus. Meliora ſine partium ſtudio edocti emendare nunquam non laborabimus, obſtrictosque nos cunctis profitebimur, qui ea nobiſcum ratione modo propoſita, communicare non dedignabuntur. Errores typographicos, ſi qui forte hinc inde irrepſerint, B. L. haud gravatim emendabit, & æqui bonique conſulet, quum ob loci diſtantiam iis corrigendis operam noſtram impendere datum non fuerit. Scribebam Lipſiæ Menſe Julio

cIↃ IↃCC XXXXII.



RECEN-



RECENSIO

SCRIPTORVM DE S. R. I. TERRITORIIS, VARIIS EORVM SPECIEBVS, ACQVISITIONE, INCORPORATIONE, CONDOMINIO, SVPERIORITATE ET IVRISDICTIONE TERRITORIALI, NEC NON SERVITVTIBVS IVRIS PVBLICI.

HVJVS RECENSIONIS SYNOPSIS.

CAPVT I.

De S. R. I. territoriis generatim, variis eorum speciebus, harumque peculiaribus qualitatibus & juribus.

§. I. *De Territoriis eorum qualitatibus et juribus generatim.*
§. II. *De Variis Territoriorum Germaniæ divisionibus e. g. in territoria clausa et non clausa, terras immediatas et mediatas.*
§. III. *De Singularibus territoriis S. R. I. clausis speciatim vulgo tribui solitis prærogativis, veluti subjectione territoriali, homagio fidelitatis et subjectionis nexu, iuramento fidelitatis et subiectionis etc.*
§. IIII. *De Feudis imperii, horum origine, variis speciebus, qualitatibus, iuribus, investitura, simultanea investitura, expectativis, alienatione, ac fide denique ordinum imperii Vasallitica.*
§. V. *De Imperii allodiis, eorum qualitatibus ac iuribus specialibus.*
§. VI. *De Subfeudis imperii ac subordinatis territoriis.*
§. VII. *De Territoriis oppignoratis.*

CAPVT II.

De Territoriorum Germaniæ, acquisitione, incorporatione, & condominio territoriali.

§. I. *De Territoriorum Germaniæ acquisitione.*
§. II. *De Eorundem incorporatione.*
§. III. *De Condominio territoriali.*

CAPUT III.

De Superioritate & jurisdictione territoriali Ordinum & nobilitatis immediatæ in S. R. I. utriusque origine, acquisitione &c.

§. I. *De Superioritate et iurisdictione territoriali procerum S. R. I. generatim.*
§. II. *De Jurisdictione Territoriali ordinum S. R. I. eiusque præscriptione generatim.*
§. III. *De Superioritate et iurisdictione territoriali Civitatum Imperialium.*
§. IIII. *De Superioritate et iurisdictione territoriali nobilitatis - - immediatæ.*
§. V. *De Origine superioritatis territorialis modisque eam acquirendi et finiendi.*
§. VI. *De Differentia eius a iure Vogtetico.*

CAPUT IV.

De Servitutibus juris publici.

§. I. *De Servitutibus iuris publici generatim.*
§. II. *De Jure transeundi per territoria, et sequelæ.*
§. III. *De Jure aperturæ*
§. IV. *De Jure Albergariæ*
§. V. *De Jure Conducendi* } *in alieno territorio.*
§. VI. *De Dominio directo, iurisdictione bassa et banno ferino.*

CAPUT I.

De S. R. I. territoriis generatim, variis eorum speciebus, harumque peculiaribus qualitatibus ac juribus.

§. I *De Territoriis, eorum qualitatibus et iuribus generatim.*

1) *Christoph.* BESOLDI Diss. de Jure Territorium, inter Opera *Eiusd.* Politica *Argent.* 1641. 4. a)
2) *Frid.* GERDESII Diss. de Jure Territorii *Gryphisw.* 1661. in 4. b)

3) *Ad.*

a) & b) Utramque harum dissertationum deprehendimus in instructissima Operosissimaque *Bibliotheca Juridica Lippenio-Jenichiana Part. V. p. 6.* sub voce: *Territorium.*

3) *Ad. Frid.* GLAFEY de Dignitate perſonali territoriis Germanorum communicabili, *Lipſ. 1717. in 4. 2. pl.*

4) *Iac.* BRVNNEMANNI Diſſ. de Jure limitum provincialium, *vom Recht der Land-Grantzen, Halæ 1704. 4. 9. pl.*

§. II. *De Variis territoriorum Germaniæ diviſionibus, e. g. in territoria clauſa et non clauſa, terras immediatas et mediatas.*

5) *Henr.* HILDEBRANDI Diſſ. de Territorio clauſo et non clauſo, ſive mixto *Alt.* 1715. rec. ibid. 1718. in 4. 6 ½ pl.

6) *Jo. Balth.* WERNHERI Diſſ. de Probatione Landſaſſiatus ex ſitu terrarum, *Witteb. 1717. in 4. 7. pl.*

7) *Burc. Gotth.* STRVVII Diſſ. ac Territorio Clauſo Civitatum imperialium, *Jenæ 1720. in 4. 7. pl.*

8) *Henr.* HILDEBRANDI Diſſ. de Vaſallagio ſubiectionem non inferente, *Lehn-Mann kein Unterthan, Alt. 1721. 4. rec. Witteb. 1737. 4. 6. pl.*

9) *Henr.* DE COCCEJI Nova ſententia de origine terrarum mediatarum et immediatarum, in Imperio Romano-Germanico, *Francof. in 8. 1. Alph. 18. pl.* accedunt *Appendix I.* de Statu Weſtphaliæ antiquæ, *Appendix II.* continens reſolutiones dubiorum, quæ a nonnemine, in Additionibus ad Hiſtoriam Palatinam, contra Auctoris Prudentiæ iuris Publici Caput XXXIII. mota ac edita ſunt.

10) *Frid. Lud. Nob. Dom.* DE BERGER Commentationis Specimen de Terris Regni immediatis. In Appendice Variarum Commentationum, EJVSD. Animadverſionibus in *Henr.* DE COCCEJI iuris publici prudentiam adiecta *Lipſ. 1724. in 8. lit. B. p. 609.-646.*

11) Commentationis hiſtorico-iuridicæ de fictitia diſtinctione terrarum Germaniæ in mediatas et immediatas falſoque cumprimis eidem ſuperſtructa immedietate nobilium S. Rom. Imp. Originaria, Prodromum *Jo. Jac.* HELFFERICH *Tubingæ 1725. in 4. 5. pl.* edidit. Ipſius Commentationis Caput tantum I. *de gravitate argumenti, neceſſitateque commentitiam hanc diſtinctionem impugnandi, una cum fatis, hiſtoria ac connexione ſe illius*, ſiſtit. An vero commentatio ipſa dein quoque ſit ſecuta, non licet affirmare, nec enim eam vidimus, nec quicquam de illa ullibi legimus.

§. III. *De ſingularibus, territoriis S. R. I. clauſis vulgo tribui ſolitis prærogativis, veluti ſubiectione territoriali, homagio, fidelitatis*

litatis et subiectionis nexu, iuramento fidelitatis et subiectionis etc. a)

11) *Jo. Casp.* VNRATH de Subiectionis iure Diss. *Jenæ 1649. in 4. 9 ½ pl.* et in *Ahasv.* FRITSCHII Exercitationibus Jur. Publ. (*Rudolst. 1667. in 4.*) No. III. p. 10.-94. incl.

12) *Jo. Nic.* HERTII Diss. de Subiectione territoriali *Giessæ 1698. 4.* et inter Opuscula (edit. Franc. 1700. 4.) Vol. I. Tom. II. p. 367.-405. incl. vid. et STRVV. in *Bibl. Jur. Sel.* (ed. *Jen. 1725.*) p. 706.

13) *Chr.* THOMASII Diss. de Brocardico, quæ sunt in territorio præsumuntur esse de territorio, *Halæ 1709 4.* de qua vid. *Burc. Gotth.* STRVVII Bibliotheca juris selecta. *Jenæ 1725. 8.) p. 705.*

14) *Lüd.* MENCKENII Diss. de vi superioritatis territorialis, in territoriis imperii clausis, et discernendo ab eadem iudicio feudali, intuitu feudi in iisdem siti, curiæ domini directi relinquendo, *Lips. 1712. in 4. 9 ½ pl.*

15) EJVSD. Diss. de Foro competente Vasallorum simultaneeque investitorum, et subiectione nobilium immediatorum Saxoniæ Landsassiorum extra hoc territorium habitantium, in cancellariis Saxonicis, et curiis provincialibus, *Lips. 1716. 4. 13. pl.*

16) *Ad. Frid.* GLAFEYS *Geschichtmæssige Erærterung der Frage, ob ein ieder Chur- und Fürstl Sæchsischer Lehns-Mann zugleich ein Landsaß und Unterthan sey? wie auch, was es vor Beschaffenheit mit der Sæchsischen Erb-Huldigung habe,* Lips. 1719. 4. 5 ½ pl.

17) *Jo.* KAVFFMANNI Dominus et subditus seu iura S. R. I. statuum et ordinum in personas res et actiones subditorum *Ulmæ 1719. 4.*

18) *Burc. Gotth.* STRVVII Diss. de Jure Landsassiatus in Thuringia, *Jenæ 1722. 4. 13. pl.*

Edita dein est hæc dissertatio auctior a Respondente, et ipsius auctore, sub sequenti titulo:

19) *Caro-*

a) Quæ nunc sequuntur Commentationes a No. 14. ad No. 21. incl. ut & No. 56.) 139.) una cum ea quam supra sub No. 5.) adduximus, exceptis No. 17. & 20. controversiam potissimum inter domum augustam ac serenissimam Saxonicam, cum Schwartzburgica, Schœnburgica, Nobilibus quibusdam immediatis &c. de superioritate territoriali in eorum terris egregie illustrant, quum & occasione illius prodierint. Reliqua autem scripta, quæ illustrem hanc controversiam directe tangunt, ac sub deductionum titulis sunt evulgata, huc utpote tam accurate non pertinentia, consulto omittimus.

19) *Caroli Aug.* FABARII Tractatus J. P. de Landsassiatus iure in Thuringia, speciatim vero controversia illustri inter Seren. domum Saxo-Vinariensem et principalem domum Schwartzburgicam, de hoc iure, *ibid.* 1725. in 4. 13 pl.

20) Nobilis territorio subiectus *oder verschiedene, nach Veranlassung angestellter Processe an hœchsten Reichs-Gerichten, und sonsten verfassete Berichte, Deductiones etc. daß denen Landes-Fürstl. hohen Obrigkeiten im Heil. Rœm. Reich die Hoch- und niedere Jurisdiction über Ihre im Land gesessene vom Adel und deren Angehœrige, unter keinem Schein der Immedietæt zu benehmen.* Erster Tomus Culmbach. 1722. 4. 3. Alph. 1. pl. Sex in unum tantum volumen compositis non nisi diversas minores speciales deductiones, de hoc argumento exhibentibus, partibus, absolvitur hic *Imus Tomus.* (*Pars I.* prodiit in *Frideberg.* 1720. II. III. IIII. V. VI. ibid. 1721.) An plures in lucem emissi sint Tomi, nobis non constat.

21) *Cai. Rudolph.* DE SPOOR Diss. de Natura vasallagii et subiectionis, in territoriis S. R. I. *Franc. ad Viadr. 1723. 4. 9. pl.*

22) *Georg. Franc. Frider.* HELMERSHAVSEN Diss. de Subiectione territoriali personarum inprimis illustrium, *Erf. 1734. 4. 4. pl.*

23) *Georg.* RITTERI Diss. de Homagio subiectionis, *von der Landes-Huldigung und Erbpflicht*, eiusdemque iuribus affinibus hodie, ut plurimum in Romano-Germanico imperio usitatis etc. *Giessæ 1623. 4. 1. Alph.*

24) *Io. Wilh.* WALDSCHMIDTII Diss. de Jure imperantium in rusticos refractarios, homagium inprimis denegantes, *Marb. 1726. 4. 5. pl.*

25) *Wilh.* LEISERI Diss. de Juramento fidelitatis subdititio, *Witteb. 1668. 4. 5. pl.*

26) *Jo. Henr.* BERGERI Diss. de Nexu iurisiurandi, quo fidelitas et subiectio continetur, *Witteb. 1700. 4. 6. pl.*

27) *Just. Georg.* CHLADENII Diss. de Juramento subiectionis, speciatim in eventum præstari solito, occas. Art. XI. §. 7. Pac. Osnabr. *ibid. 1727. 4. 3. pl.*

27) *Casp. Achat.* BECKII Diss. de Indissolubili fidelitatis et subiectionis nexu, *Jenæ 1728. 4. 4. pl.*

28) *Henr.* HILDEBRANDI Diss. de Resignatione homagii et iurisdictionis imperata *von Obrigkeitl. Aufkündigung der Landes-Huldigung und Gerichts Schutzes.* Alt. 1723. 4 6. pl.

§. IV. ***De Feudis imperii, horum origine, variis speciebus, qualitatibus,***

tatibus, iuribus, investitura, simultanea investitura, expectativis, alienatione ac fide denique ordinum imperii vasallitica.

29) *Jo. Guil.* ITTERI de Feudis imperii commentatio methodica, *Franc. ad Mœn. 1685. in 8. 3. Alph. 2. pl. et ibid. 1714. in 8.*

30) *Henr.* BODINI theses de statu reipublicæ Germanicæ feudali, et feudis regalibus, *Halæ 1707. 4.* Has theses recensuit *Joh. Jac.* MOSER in Bibliotheca iuris publici, S. R. G. I. Tom. I. (*Stutg. 1729. 8.*) No. 48. p. 191. Reperitur etiam in LVNIGII Thesauro iuris comitum p. 634. seq. Hanc doctrinam illustrant quoque

31) *Georg. Henr.* BRVCKNERS Curiosa iuris feudalis, *Erf. 1687. 8. pl.*

32) *Jac. Gabr.* WOLFII Dissertationum iuris publici de Feudis Imperii I. eorum origines atque indolem sub primis Francorum regibus illustrans, *Halæ 1724. 10. pl.* Plures autem, quantum constat, non sunt secutæ.

33) *Nic. Hier.* GVNDLINGII Commentatio de Feudis Vexilli vulgo feudis imperii regalibus, *Halæ 1715. in 4.* et inter Dissertationes EJVS iunctim *ibid.* editas, nec non *Ienæ 1740. 4. 19. pl.*

34) *Jo. Joach.* MVLLER *von Leibgedings-Lehn* efficit Caput II. *der IVten Eræfnung dessen entdeckten Staats-Cabinets* (Jenæ 1716. in 8.) *p. 28.-56. incl.*

35) *Jo. Wolfg.* TEXTORIS Diss. de Feudis imperii propriis non oblatis annumerandis *Alt. 1717. in 4. 6. pl.*

36) *Mich. Henr.* GRIBNERI Diss. de Feudis imperii masculinis non fœmininis *Lips. 1732. in 4. 4. pl. a*)

37) *Chr. Gottlieb* BVDERI Diatriba de Feudis officialium hæreditariorum procerum et provinciarum regni Germanici *Jenæ 1736. in 4. c. f. 14. pl.*

38) *Jo. Henr.* FELTZII Electa iuris publici controversi de feudis imperii (*Arg. 1707.* 6½ *pl.*

39) *Jo. Joach.* MÜLLER *Ob mit Verleihung eines Feudi regalis auch zugleich die dignitas regalis conferiret werde* v. EJVSD. *Entde-*

a) Recensita reperitur in *Actis Academicis Lipsiensibus Anni 1733. Sect. I. No. I. p. 1.* ac Feuda Imp. Juliacensia masculina non fœminina demonstrat. Suo modo huc etiam pertinere videntur *Jo. Nic.* HERTII Diss. de Feudo Nobili Opuscula *Vol. I. Tom. I. p. 471.-487. incl.* (edit. *Franc. ad Mœn. 1700. in 4.*) EJVSD. de Feudis oblatis *ibid. p. 488.-588. incl.* EJVSD. de Feudis ex illis quæ data & oblata dicuntur mixtis, ut & de pecunia vasallitica vulgo *Mann-Geld*, *Opuscul. Volum. II. T. II. p. 55. sq.* (ed. *Franc. 1713. in 4.*)

Entdecktes Staats-Cabinet I. Eræfnung (Jenæ 1714. in 8.) Cap. II. p. 21.-38. incl.

40) *Jo. Petr.* DE LVDEWIG Jura feudorum Imperii atque Germaniæ Principis et provincialium nobilium Landsassiorum e medii ævi antiquitatibus et diplomatibus eruta et illustrata *Halæ 1740. in 8. maj. 2. Alph. 15. pl.* Recensentur in *Allerneuesten Nachrichten von juristischen Büchern etc. Part. VII. num. 53. p. 619.-630. incl.*

41) *Chr. Gottl.* BVDERI Diss. de Commissario imperiali in caussis feudalibus, sigillatim ad investituras, *Jenæ 1740. in 4. 7. pl.*

42) *Dissertatio juris feudalis*, de investitura principum imperii simultanea, speciatim ad successionem Lauenburgicam in 4. Recensita in *Joh. Jac.* MOSERI *Bibliotheca Jur. Publ. S. R. G. I.* Part. I. No. 70. p. 301. qui et in *Supplementis ad hanc I. partem Tom. III. p. 1243.* Auctorem eius perhibet Celeb. *Joh.* SCHILTERVM, asseritque ibidem, illum, eam adiecisse juri suo feudali Alemannico.

43) *Jo. Jac.* MASCOVII Diss. de Expectativis in feuda imperii, *Lipf. 1719. in 4. 4. pl.* et sæpius dein ibidem recusa.

44) *Imman.* WEBERI Diss. de Refutatione feudorum imperii *Giessæ 1711. in 4. v. Biblioth. Juris Selectam* STRVVII (edit. *Jen. 1720. in 8.*) *p. 490.*

45) *Matthiæ* STEIN Diss. de Alienatione immediati feudi imperii *Rostoch. 1709. in 4. 10. pl.*

46) *Steph.* KÜHNLEIN Diss. de Ligia principum imperii fide *Alt. 1705. in 4.* v. STRVV l. c.

47) *Chr. Adolph.* GÜNTHER Diss. de Fide vasallitica statuum Imp. S. R. Germanici *Erf. 1734. in 4. 3 ½ pl.*

48) *Traugott* THOMASII Problema IIII. juris publici an status imperii R. G. ob nexum feudalem, sint subditi atque Vasalli imperatoris *Lipf. 1733. in 4. 3 ½ pl.*

§. V. *De Imperii Allodiis eorum qualitatibus et juribus specialibus.*

49) *Sam.* STRYCKII Diss. de Jure allodiali principum imperii, *Halæ 1697. 4. 16 ½ pl.*

50) *Burc. Gotth.* STRVVII Diss. de Allodiis Imperii, *Jenæ 1710. in 4. 12. pl.* et mutata in Tractatum *ibid. 1733. in 8. 1. Alph. 9. pl.*

51) *Just. Eberh.* BERGHOFF, de Allodiis illustrium S. R. G. Imperii, *Giessæ 1739. in 4. 10 ½ pl.*

52) *Frid. Ern.* BVRGGRAVII DE KIRCHBERG *Comitis in Sayen et Witgenstein* Diss. de Superioritate territoriali in allodiis Imperii

perii *Jenæ 1733.* et recens. eod. anno *Lips. in 4. 6½ pl.* Recens. in *Actis Lipsiensium Academicis Anni 1733. Sect. VIII. p. 219. sq.*

§. VI. *De Subfeudis imperii et subordinatis territoriis.*

53) *Joh. Gottb.* VON BOECKELEN de Prima Mediatorum instantia, *Helmst. 1685. 6. pl.*

54) *Georg. Henr.* BRUCKNERI Diss. de Particulari territorio subinfeudato *Erf. 1686. in 4. 6. pl.*

55) *Jo. Pet.* LUDEWIG de Primo foro subfeudorum imperialium, *Halæ 1715. 16. pl.*

56) *Wenc. Xav.* NEUMANN DE PUCHOLZ Dissertationes de Jurisdictione feudali et superioritate territoriali in subfeudis imperii tam datis quam oblatis, nec non de natura et prærogativis feudorum regni Boemiæ *Pragæ 1716. in 4. 1. Alph 10. pl.*

57) B. D. H. E. M. (i. e. *Henr. de* BÜNAV, *Equitis Misnici* iam *S. R. I. Comitis et Cæsaris Consiliarii intimi ac in supremo Consilio imperiali aulico &c.*) Examen Dissertationum de Jurisdictione feudali et superioritate territoriali etc. nuper editarum a *Cl. ICto Wenc. Xav. Neumanno* DE PUCHOLTZ, *Lips. 1718. in 4. 15. pl.*

58) *Mich. Henr.* GRIBNERI (vel potius Respondentis *Christ. Henr.* DREWERI) Dissertatio I. de Jure territorii subordinati *Lips. 1727. 4. 4. pl.*

59) *Ejusd.* DREWERI de Eodem argumento Dissertatio posterior *Ibid. eod. in 4. 5. pl.*

60) *Mich. Henr.* GRIBNERI Diss. de subfeudorum imperii, quæ olim immediata feuda fuerunt, Prærogativa, *Ibid. 1728. in 8. 5½ pl.*

§. VII. *De Territoriis oppignoratis.*

61) *Nic. Hier.* GUNDLINGII Diss. de Jure oppignorati territorii *Halæ 1706. in 4.* et inter Diss. EJUSD. junctim editas, nec non iterum separatim recusa *Vitenb. et Lips. 1741. in 4 12. pl.*

62) *Henr. Christ.* SENCKENBERGII Diss. de Judice controversiæ de reluitione oppignorati territorii, *Giessæ 1739. in 4. 14½ pl.* Recensita legitur *in Allerneuesten Nachrichten von Juristischen Büchern Part. VI. No. 47. p. 552. seq.*

CAPUT

CAPVT II.

De Territoriorum Germaniæ acquisitione, incorporatione, & condominio territoriali.

§. I. *De Territoriorum Germaniæ acquisitione.*

62) *Caroli Guil.* GAERTNERI Diss. de Materia Possessionis territoriorum S. R. G. I. immediatorum in titulis et modis acquirendi, retinendi et amittendi, *Lipf. 1724. in 4.* 6 ½ *pl.*

§. II. *De Incorporatione territoriorum Germaniæ.*

63) *Georg. Henr.* LEHMANNI Diss. de Incorporatione provinciarum et territoriorum Germaniæ, iuncta EJVSD. Diss. de Jure Apostatarum, *Helmst. 1687. in 4. 21. pl.*

64) *Georg. Adolph.* CAROCII Diss. de Coniunctione diversorum in Germania territoriorum, *Gryph. 1706.* vid. Præstantissima *Bibliotheca Juridica Lippenio-Jenichiana P. V. p. 6.* sub v. *Territorium.*

65) *Jo. Wilh.* WALDSCHMIDTII Diss. de Coalitione diversarum Germaniæ regionum, *Marb. 1714. in 4.* de qua vid. *B. G.* STRVVII *Biblioth. Jur. Sel.* (*edit. Ienens. 1725. in 8.*) p. 706.

66) *Carol. Otton.* RECHENBERGII Diss. de Incorporatione allodii in feudum regale, *Lipf. 1728. in 4. 6. pl.*

§. III. *De Condominio territoriali.*

67) *Jo. Frid.* TRIER de Jure Condominii, *Argent. 1680. in 4. 3. pl.*

68) *Jo. Andr.* FROMMANNI Diss. de Condominio territoriali, *Tubingæ 1682. in 4.* 20 ½ *pl.*

69) *Henr.* COCCEJI Diss. de in Territorio et plurium locorum concurrente potestate, *Heid. 1684. in 4.* vid. Egregia *Biblioth. Juridica Lippenio - Jenichiana Part. V. pag. 6.* sub voce *Territorium.*

70) *Jo.* SCHILTERI Diss. de Condominio circa sacra *Argent. 1704. in 4.* de qua v. *B. G.* STRVVII *Bibl. Jur. Sel.* (*edit. Ien. 1725.*) pag. 707.

71) *Mich.* GRASSI Diss. de Jure Condominii territorialis extra tempus administrationis per alternas vices, quæ condominis competit, constituti, *Tubingæ 1717. in 4.* v. STRVV l. c. Reperitur quoque in *Syntagmate Dissertationum Juris Publici* Miscellanearum, quod cum Præfatione *Joh. Jac.* MOSERI prodiit *ibid. 1735. in 4.* p. 149. - 181. incl.

CAPVT III.

De Superioritate & jurisdictione territoriali Ordinum & nobilitatis immediatae, in S. R. I. utriusque origine, acquisitione &c.

§. I. *De Superioritate territoriali procerum in S. R. I. generatim.*

72) *Andr.* KNICHEN de Sublimi ac regio territorii iure Synoptica tractatio, *Franc. ad Mœn. 1600. in 4. 1. Alph. ibid. 1658. in. 4.* et cum Differt. *Christoph.* MINGII de Superioritate territoriali et eiusdem iuribus adfinibus cura *Christian.* KREMBERGII *ib. 1688.* teste *B. G.* STRVV. in *Bibl. Jur. Sel.* (*ed. Jen. 1725.*) p. 703. Inserta etiam est KNICHENI Operibus *Hanoviae 1613. fol. edit.* No. I. p. 1. - 92. incl. ita tamen ut hic loci *Caput* potissimum *I.* a prima editione plane differat, et quantum ex ipsa perlustratione perspicere licet, compositum videatur e *Capite I.* saepius memoratae *Synopticae tractationis* ac sequenti EJVSDEM AVCTORIS commentatione, Caput quoque solum I. eadem ratione, ac in operibus inscriptum sistente nimirum.

73) Dn. *Andr.* KNICHEN Recentis politurae pervestigatio, de Rom. Imp. Autocratia. Ad Cap. I. de iure territorii *Servestae 1621. et 1622. in 4. 19. pl.*

74) *Io. Godofr.* FREYER de Superioritate territoriali in *Vol. Novo Diss. Basil.* teste instructissima *Bibl Juridica Lippenio-Jenichiana Part. V. p. 6.* sub voc. *Territorium.*

75) *Christoph.* MINGII Differt. de Superioritate territoriali et eiusd. iuribus adfinibus *Giessae 4.* et in *Nic.* HAMPELII Nucleo Discursuum hactenus in iure publico edit. *Giessae 1625. in 4. No. 23. p. 929. - 988.* incl.

76) *Christoph.* BESOLDI Diss. de Successionibus ac mutationibus imperiorum, nec non de moderna iurisdictione Imperatoris Romani statuumque territoriali, *Ingolst. 1630. 4.*

77) *Erasm.* VNGEPAVERI Diss. de Superioritate territoriali. Extat in *Ahasv.* FRITSCHII Exercitationum variarum Jurispublici Rom. Germ. *Voluminis novi parte altera* (*Franc. et Lips. 1679. in 4.*) No. III. p. *122. - 117.* incl

78) *Georg Ad.* STRVVII Diss de Superioritate Principum imperii *Jenae 1657. 4. 3. pl.* et in *Ahasv.* FRITSCHII Exercitationibus jurispublici (*Rudolst. 1667. in 4.*) No. X. p. *443. - 472.* incl.

79) *Huld.* EYBEN Diss. de Origine illustris illius regulae S. Romano-Germa-

Germanici Imperii, Electores, Duces, Marchiones, Landgraffios, Burggraffios, Principes, Comites, Barones etc. cæteros in his accensos, territoriive quos vocant dominos, tantum posse in suis territoriis, quantum imperator in imperio eiusdemque item usu frequentissimo, cuius documenta aliquam multa, ex serie institutionum iuris composita subiunguntur, *Giessæ 1660 in 4. 12. pl.* et in *Ahasv.* FRITSCHII Exercitationum variarum Juris Publici, *Parte II* (*Rudolst. 1668. in 4.*) Exercit. IX. p. 394.-467.

80) *Henr.* BINNII Diss. de Statu regionum Germaniæ et regimine principum summæ imperii reip. æmulo, *Helmst. 1661. in 4. 17. pl.* et cum eodem hoc it. recus. 1738. Inserta autem quoque cernitur in *Ahasv.* FRITSCHII Exercitationum variarum iuris publici, *Parte III.* (*Rudolst. 1670. in 4.*) No. I. p. 1. - 144. incl. Dein prodiit, præfixo Respondentis et Auctoris nomine, sub sequenti titulo

81) *Ludolphi* HVGONIS Iurisprudentia particularis Germanica, cum EJVSD. Tr. de Abusu Appellationum nec non legum Germanicarum fundamentalium nucleo, et brevissima iurispublici historia cura *Frid. August.* HACKMANNI *Helmst. 1709. in 8. 2. Alph. 2. pl.*

82) *Ern. Frid.* SCHROETERI Dissert. de Sublimi iure territoriorum, *Jenæ 1665. in 4. 7½ pl.*

83) *Joh. Frid.* RHETII Dissert. de Absoluta principis potestate, *Franc. ad Viadr. in 4.* et in *Ahasv.* FRITSCHII Exercitationum Variarum Jur. Publ. *Part. III.* (*Rudolst. 1670. in 4.*) No. X. p. 483. - 535. incl. nec non in *Ipsius* RHETII Dissertationibus Jurispublici iunctim, *Francofurt. ad Viadr. 1678. in 4.* editis p. 354. - 413. incl.

84) *Joh. Volck.* BECHMANNI Jus Statuum Imperii sublime, *Jenæ 1670. in 4. 5. pl.*

85) *Henr. Gunth.* EVLENHAVPT de Iuribus territorialibus, *Alt. 1671.* v. Instructiss. *Bibliothec. Lippenio - Jenichiana Part. V. p. 6.* sub voc. *Territorium.*

86) *Andr.* GERET Dissert. de Principum in Imperio Romano-Germanico Autoritate, *Witteb. 1676. in 4. 5½ pl.*

87) *Jo. Nic.* HERTII Dissert. de Superioritate territoriali, *Giessæ 1682. in 4* et inter EJVSD. Opuscula Vol. I. (edit. *Francof. 1700. in 4.*) Tom. II. p. 153 - 366.

88) *Anton. Guil.* ERTL Theatrum superioritatis territorialis noviter

 viter

viter extructum, *Aug. Vindel.* 1684. *in* 4. 1. *Alph.* 1. *pl.* et Germanice sub tit.

89) *Anton Wilh.* ERTELS *Neueræffneter Schau-Platz der Landes-Fürstlichen Ober-Bottmæßigkeit*, &c.

90) EJVSD. *Guldene Praxis von Anschlag, Taxation und Schætzung aller hochgültigen Land-Güter*, Nürnb. 1694. in. 4. 1. Alph. 6½ pl.

91) EJVSD. Palæstra Aulico-Juridica de Juribus Principum, *Aug. Vind.* 1686. *in* 4. 1. *Alph.* 15. *pl.*

92) *Nic. Christoph.* LYNCKERI Dissert. de Superioritate territoriali, *Jenæ* 1686. et *Lips.* 1730. *in* 4. 13. *pl.*

93) EJVSD. de Potentatu, *ibid.* 1690. *in* 4. 4. *pl.* EJVSD. de Immedietate civium Imperii Romano Germanici, *ibid.* 1696. *in* 4. 9. *pl.*

94) *Joh.* KLEIN Dissertat. de Prærogativis principum S. R. I. vulgo *Von dem Vorrecht der Teutschen Fürsten des Heil. Ræm. Reichs*, *Rostoch.* 1698. *in* 4. 16. *pl.*

95) *Joh. Nic.* HERTII de Origine et Progressu specialium Romano-Germanici Imperii Rerum publicarum, *Giessæ* 1698. *in* 4. 8. *pl.* et inter Opuscula Volum II. (*Franc. ad Mæn.* 1713. *in* 4.) Tom. II. p. 3. seq.

96) *De Superioritate territoriali statuum imperii Tractatio.* Reperitur in Illustr. de HENNIGES Mantissa I. ad Specimen IV. Meditationum ad Instrumentum Pacis Cæsar. Suecic. Osnabr. (1708. *in* 4.) Recensita in Cel. *Joh. Jac.* MOSERI Bibliotheca Jurispublici Imp. Rom. Germ. *Part. I.* No. VIII. p. 59. seq.

97) *Jo. Christ.* SCHELLE Pr. de Prærogativis Statuum Imperii, *Lips.* 1710. *fol.* 1. *pl.*

98) *Jo. Wilh.* GOEBEL Dissert. de Juribus procerum imperii maiestaticis, *Helmst.* 1718. *in* 4. 10. *pl.*

99) *Frid. Lud. Nob. Dom. de* BERGER Disquisitio de Jure territoriali Archi-Duci Austriæ et aliis S. R. I. Principibus in bona ab ordinibus equestribus ecclesiasticis possessa, competente, in Appendice variarum Commentationum, EJVSD. Animadversionibus in *Henr. de* COCCEJI Jurispublici prudentiam (*Lips.* 1724. *in* 8.) adiecta No. I. p. 781-796. incl.

100) *Joh. Theod.* SCHEFFER Dissertat. de Insigni praeeminentia principum imperii maiorum, præ principibus et statibus aliorum Europæ regnorum, *Tubingæ* 1732. *in* 4. 9. *pl.*

101) *Gottl. Sam.* TREVERI Monstrum arbitrarii iuris territorialis

rialis e legibus imperii e Germania profligatum, *Franc.* et *Lipſ.* *1739. in* 4. 6½ *pl.*

§. II. *De Jurisdictione territoriali ordinum S. R. I. eiusque præſcriptione generatim.*

102) *Joh. Georg.* SIMONIS Diſſertat. de Jurisdictione territoriali ſtatuum imperii ſublimi, *Jenæ in* 4. ſine anni mentione 13. *pl.*
103) *Leonh.* CARLIER Diſſert. de Jurisdictione territoriali, *Herbipoli 1728. in 4. 8. pl.*
104) *Burc. Gotth.* STRVVII Diſſert. de Præſcriptione iurisdictionis territorialis, *Jenæ 1729. in* 4. *6. pl.*
105) *Juſt. Henr.* BOEHMERI Diſſert. de Maieſtate imperii magiſtratuum maiorum, *Halæ 1725. in* 4. *14. pl.*

§. III. *De Superioritate et iurisdictione territoriali Civitatum imperalium in S. R. I.*

106) *Andr.* KNICHEN Velitatio apologetica, pro iuribus territorialibus Civitatum imperialium, *Coburg. 1604. Helmſt. 1607.* et *1609.* 4. *8. pl.*
107) EJVSD. Epoſis Dauthianæ Hypotypoſeos, utrum liberæ S. R. I. Civitates iura principis in ſuis rebus publ. obtineant, *Helmſt. 1607. in* 4. teſte Inſtructiſſima *Biblioth. Lippenio-Jenichiana Juridica, Part. V. p. 6.* ſub voc. *Territorium.*
108) *Chriſt.* WILDVOGELII Diſſertat. de Superioritate territoriali Civitatum imperialium, *Jenæ 1709. in* 4. 8½ *pl.*

§. IV. *De Superioritate et Jurisdictione territoriali nobilitatis immediatæ in S. R. I.*

109) *Jo.* BIDENBACH Hendecades II. QQ. nobilium de Suprema territorii, item meri imperii poteſtate, quoad nobiles ſoli imperatori ſubditos, *Argent. 1611. in 8.* teſte Celeb. *Bibliotheca Juridica Lippenio-Jenichiana Part. V. p. 6.* ſub voc. *Territorium* et Germanice.
110) *Joh.* BIDENBACHII *zwey und zwantzig edele Fragen, in welchen nicht allein die ſo wohl hohe Lands als auch Fraiß- und Peinliche Obrigkeit, was die ohnmittelbahre vom Adel betreffen thut, erklæret wird, ausm Lateiniſchen in die hohe teutſche Sprach verſezt durch Carolum* CAESAREM, Baſ. 1619. in 4. 13. pl.
111) *Petr.* MÜLICHII Diſſ. Tum liberæ imperii nobilitatis in genere, tum in ſpecie Francorum exemptam libertatem et immedietatem adſerens, *Baſil. 1617. in* 4. 3½ *pl.*

112) Eberh.

112) *Eberh. Frid. ab* HOLTZ Differt. de Superioritate territoriali nobilibus immediatis competente, *Tubingæ 1684. in 4.* v. *B. G.* STRUVII *Biblioth. Jurid. Select. I. (ed. Jen. 1725.)* p. 748.

113) *Casp. Henr.* HORNII Differt. de Quæstione, an nobiles imperii immediati gaudeant superioritate territoriali? *Witteberg. 1694. in 4. 6. pl.*

114) *Joh. Henr.* FELTZII Differtationes IV. de Statu nobilitatis immediatæ S. R. I. *Argent. in 4.* 19½ pl. I. ibid. 1698. II. 1707. III. 1710. IV. 1718.

115) EJUSD. Superioritas territorialis Nobilitati S. R. I. Immediatæ denuo adserta et ab obiectionibus adversariorum vindicata, *Argent. 1725. in 4. 10. pl.* Opposita est hæc Differtatio Anonymo cuidam, qui *in dem sogenandten Vorlauffig - doch gründlichen Berichte vom Adel in Teutschland etc.* Contra *Differtationum Feltzianarum* modo memoratarum *quartam*, in qua superioritas territorialis nobilitati imperii immediatæ adstruitur, novas quasdam sibi adducere visus est rationes ac instantias.

116) *Jo. Laurent.* SCHMIDII Differt. Superioritatem territorialem nobilibus imperii immediatis afferens, *Alt. 1708. in 4. 3. pl.* Quæ quidem Differt. reperitur quoque in *Celeb.* BURGEMEISTERI *Bibliotheca Jur. Equestri* Tom. I. pag. 1461. v. *Joh. Jac.* MOSERI *Bibl. Jur. Publ. Imp. Rom. Germ. Part. II.* No. 162. p. 671.

§. V. *De Origine Superioritatis territorialis modisque eam acquirendi et finiendi.*

117) *Gottl. Sam.* TREVER Differt. de Origine nominis superioritatis territorialis e Gallia accensenda, *Helmst. 1732. in 4. 3. pl.* Recensita legitur in *Actis Lipsiensium Academicis, Anni 1733. Sectione I.* No. X. p. 19. 20.

118) *Christ.* WILDVOGELII Diff. de Genuina origine potentatus principum, in imperio S. R. Germanico, *Jenæ 1721. in 4. 9½ pl.* Judicia de hac Differtat. quam pro Gradu U. J. Doctoris sub WILDVOGELII præsidio habuit, ILL. *Ern. Joach.* WESTPHAL v. *in Allerneuesten Nachrichten von Juristischen Büchern Part. VI. p. 529. et 530.* in Vita *Westphalii.* Sed notari omnino merentur verba sequentia, quæ pagina 74. eaque huius Differtationis ultima, in fine occurrunt: *Et hæc de complexu Potentatus, ac ejus generationibus! Nunc pertexendi fili ergo per reliquas periodos ad ipsam arduam originis disquisitionem possemus transire, ni hic nobis suppeditaretur argumentum, quo minus*

minus ceptam operam ad mala usque continuare ac perducere valeamus ad colophonem. Ut itaque, nec disquisitio nostra ultra limites destinatos excrescat, iam quiescendum subsistendumque hic nobis sit, cetera reservaturi.

Sed *cetera hac*, quantum constat, nullus adhuc vidit, nec de iis quicquam ullibi legere licuit.

119) *Frid. Lud. Nob. Dom. de* BERGER Specimen commentationis de Genuina potestatis territorii origine, eiusque pariter ac iuris Cæsarei indole. In Appendice Variarum Commentationum, Animadversionibus EJVSD. in *Henr. de* COCCEJI Juris publici prudentiam (*Lips. 1724. in 8. edit.*) annexa, sub lit. H. p. 739. - 780. incl.

120) *Mich.* GRASSI Differt. de Præscriptione superioritatis territorialis acquisitiva, *Tubingæ 1727. in 4. 7. pl.* Extat enim in *Syntagmate Dissertationum iuris publici* Miscellanearum, quod *Tubingæ 1735. in 4.* cum Præfatione *Joh. Jac.* MOSER prodiit p. 333. - 381. incl.

121) *Jo. Ad.* ICKSTADT Differtat. de Superioritatis territorialis nec non regalibus iuribus dolo aut negligentia ministrorum et officialium principis haud præscribendis *Wirceb. 1739. in 4. 10. pl.* vid. *Allerneueste Nachrichten von Juristischen Büchern Part. IV. pag. 374.*

122) *Joh. Henr. von* SEELEN Differt. de Modis finiendi superioritatem territorialem *Lips. 1730. in 4. 5½ pl.*

§. VI. *De Differentia superioritatis territorialis a iure vogtetico.*

123) *Jo. Jac. Josephi* SÜNDERMAHLER, Disquisitio de Insigni Superioritatis territorialis et iuris vogtetici differentia *Wirceb. 1741. in 4. 6. pl.*

CAPVT IV.

De Servitutibus juris publici.

§. I. *De Servitutibus iuris publici generatim.*

124) *Phil. Jac.* ELWERT Differt. de Servitutibus seu iuribus in aliorum territorio quæsitis, *Argent. 1674. in 4. 3. pl.*

125) *Sam.* STRYKII Differt. de Jure principis extra territorium, *Francof. ad Viadr. 1676. in 4. 17. pl.*

126) *Henr.* ARTOPAEI Differtat. de Juris publici servitutibus et quasi in genere, *Argent. 1689. in 4. 4½ pl.*

127) *Joh. Henr.* FELTZII Differt. de Juris publici fervitutibus five de iuribus in alieno territorio, *Argent. 1701. in 4. 3. pl.*

128) *Christoph. Joh. Conr.* ENGELBRECHTI de Servitutibus iuris publici Commentatio *Helmst. 1715. in 4. 2. Alph. 12. pl.* in nova Editione loco commentationis in titulo pofitus, liber fingularis. Acceffere etiam fecundæ huic editioni Præfatio *de Cura ac Cautione, quam in concedendo banno fanguinis adhibuerunt Germaniæ reges*, ILL. *Christ. Gottl.* BUDERI nec non index, et quæ in priori editione appendicis loco pofita, in hac pofteriori fuis locis inferta leguntur. Prodiit autem *Lipf. 1739. in 4. 2. Alph. 2 pl.* Et huius quidem editionis recenfionem fiftunt *Allerneufte Nachrichten von Juriftifchen Büchern etc. Part. III. p. 228. - 247.* incl.

§. II. *De Jure tranfeundi per territoria et fequelæ.*

129) *Dan. Nic.* ROSENHAND de Jure tranfeundi per territoria, *Argent. 1672. in 4. 12 pl.*

130) *Aug. Bened.* CARPZOVII Differt. de Transportatione defunctorum per territorium alienum *von Durchführung der Verftorbenen, Lipf. 1690. in 4. 6. pl.*

131) *Ahasv.* FRITSCHII Tract. de Jure luftrationis et fequelæ *Numb. 1670. in 4.*

132) *Joh. Wolf.* TEXTORIS Differt. de Jure Sequelæ *Heidelb. 1678. in 4.* et in Appendice Differtationum EJUSD. iunctim editarum et in duas Partes diftinctarum, *Francof. ad Mæn. 1698. in 4. p. 66. - 153.* incl.

§. III. *De Jure aperturæ in alieno territorio.*

133) *Ahasv.* FRITSCHII Jus aperturæ *Jenæ 1669. in 4.* et in EJUSD. Exercitationum variarum Juris publici, *Parte III.* (*Rudolft. 1670. in 4.*) No. V. p. 279. - 301. incl.

134) *Wilh.* DECKERI Tr. de Jure Aperturæ *Argent. 1670. in 4. 8. pl.*

§. IV. *De Jure Albergariæ in alieno territorio.*

135) *Frid.* BINDERI Differt. de Jure Albergariæ, *vulgo von der Atzungs-Gerechtigkeit, Arg. 1668. in 4.* et in *Ahasv.* FRITSCHII Exercitationum variarum iuris publici *Parte III.* (*Rudolft. 1670. in 4.*) No. III. p. 191. - 249. incl.

§. V. *De Jure Conducendi in alieno territorio.*

136) *Thom.* MAULII Tr. de Conducendi iure quod fimpliciter *das Geleit* appellamus, *Giefsæ 1621. et 1626. in 8.*

137) *Phil.*

137) *Phil. Alb.* ORTHEN Tr. de Regali iure conducendi, *von der Geleits-Gerechtigkeit, Norib. 1669. in 12. 1682. 8. 1. Alph. 6. pl.*

138) *Henr.* LINCKII Differt. de Jure conducendi, *Alt. 1677. in 4.* Et in *Ahasv.* FRITSCHII Exercitationum variarum iuris publici, *Voluminis Novi Parte altera* (*Franc. et Lipf. 1679. in 4.*) No. XI. p. 605. - 678. incl. finem fcil totius collectionis.

§. VI. *De Dominio directo, iurisdictione fpeciatim baffa, et banno ferino in alieno territorio.*

139) *Mich. Henr.* GRIBNERI Selecta quædam Capita ex argumento de Dominio directo in alieno territorio, *Witteb. 1717. in 4. 4. pl.* Et auctior ex Programmate adiecto circa finem ac paululum mutata, in EJVSD. Opufculis Juris publici et privati *Halæ 1722. 4.* editis, *opufculorum I. P. Tom. VI. Sect. V. p. 101. - 122.* incl.

140) *Burc. Gotth.* STRVVII Differtatio de Dominio directo in alieno territorio, cumprimis Sereniffimorum Marggraviorum Brandenburgenfium, tanquam Burggraviorum Noribergenfium, in Auftria, *Jenæ 1724. in 4. 10. pl.* Bigam hanc Differtationum huc usque rariorum et præftantiffimarum in præfenti iterum cum B. L. communicamus, fpe freti certiffima, conatum noftrum ipfi nec fore iniucundum nec inutilem.

141) *Jo. Chriftoph.* DONAVERI Differt. de Jurisdictione in alieno territorio, *Alt 1695. in 4. 10. pl.*

142) *Heinr. Chriftoph* SCHÜSLERI Epiftola ad *Ad. Fr.* GLAFEY de Superioritate iurisdictionis baffæ in alterius territorio *Dresd. 1726. in fol. maj. 2. pl.*


143) *Joh. Henr.* WOLFART Differt. de eo quod in Germania iuftum eft, circa bannum ferinum in alieno territorio acquifitum, *Marb. 1730. 4. 8¼ pl.*



* * *


EN ergo L. B. novum a nobis delineatum ſpecimen apparatus ſcriptorum, quos de nobiliſſimo hoc publici juris argumento licuit reperire. Quod ſi nulla alia re, accurata tamen quadam operum et opuſculorum diſpoſitione, omniumque, quæ ad ſcopum non pertinent, excluſione, ſe ſe forſan commendare, et quandam præ reliquis nudis librorum recenſionibus obtinere prærogativam poſſe, ſpes nobis affulget certiſſima. Ordinem in uno quoque capite, quid quod et paragrapho ſervavimus, quantum fieri potuit, chronologicum, quo exinde unusquisque naſcentis doctrinæ rationem, ac inſecuta incrementa, eo facilius ſemper, ſi lubet, queat ſcrutari.

T A N T V M.



MICH.

MICH. HENR. GRIBNERI
DISSERTATIO
DE
DOMINIO DIRECTO
IN
TERRITORIO ALIENO
HABITA
WITTEBERGAE D. XV. MAJ. MDCCXVII.
A
LVDOV. AVG. SCHROETER.



SYNOPSIS.

Dari feuda alieni territorii §. I.

Probatur exemplis (a) contra negantes. (b) Utrum extra curtem iure Longob. dicantur? §. II.

Curtem pro territorio accipiunt plerique DD. (a) quae sententia licet non satis certa sit; (b) non est tamen plane improbabilis. (c) Neque magis certae sunt aliorum interpretationes. (d) Usus divisionis huius. (e. f.) Feuda in territorio alieno variis modis possunt constitui; (I.) si ab imperio uni dominium directum, alteri ius territorii concedatur. §. III.

Imperator nequit dare feuda in terris principum Imperii; (d) potest tamen uni territorium alteri dominium directum feudi dare. (e) Dantur feuda imperii immediata, (f) et subfeuda imperii, quae subsunt aliorum principum superioritati territoriali. (II.) Conventione et pacto, inter dominum territorii et dominum feudi inito; (III.) praescriptione. §. IIII.

Origo plerorumque feudorum extra curtem ex pactis. (a. b.) Principibus imperii ius est dominium directum feudorum singularium aliis relinquere. (c. d.) (IIII.) Oblatione subditorum inprimis domini territorii consensu accedente. §. V.

Subditi, invito principe nec feuda dare, nec bona in feudum offerre possunt. (a) Error vulgaris doctrinae. (b. c) Hodie non licet subditis sibi adsciscere principes alios dominos directos. (d) Alia olim invaluit persuasio. (e) Dominus territorii salvo iure suo huiusmodi oblationi consensum praestare potest. (f. g. h. i.) Divisiones feudorum curtis alienae. §. VI.

Feudum extra curtem an sit improprium? (a. b.) non potest esse ligium, (c) nec regale; (d. e.) an feudum in pecunia subdito alieno dari possit? (f) Ex quo jus domini directi in territorio alieno aestimandum sit? §. VII.

Respiciendum scilicet est ad feudi originem, (a) ad pacta et conventiones, (b) ad leges territorii, non ad leges domini directi, neque ad ius commune. (c) Litterae investiturae vero, (d) pacta

 vasal-

vasalli cum domino (e) et forma iuramenti fidelitatis nullam vim habent contra dominum territorii (f) Obligatio vasalli curtis alienæ ad præstanda promissa et servitia exhibenda. § VIII.

Leges, de vasallo sub lito agentes, non pertinent ad vasallum extra curtem. (a) Pacta vasalli cum domino directo subsistunt, si domino territorii non præjudicent. (b) Vasallus curtis alienæ obstrictus est ad petendam investituram, (c) et ad præstandum iuramentum, cuius verba temperanda. (d) Pleraque feuda extra curtem sunt feuda franca. (e) Vasallus non cogitur domino directo contra dominum territorii servire. (f) Imo regulariter servitia militaria exigi nequeunt a vasallis territorii alieni; (g) sed præstari solent domino territorii. (h) Feuda curtis alienæ, an, respectu ad dominum territorii habito, feudorum iure censeantur? (i) Jurisdictio domini directi in feudis alienae curtis §. VIIII. præter rationem iuris invaluit, (a) pertinet tantum ad causas feudales, (b) restringi debet, ne per eam territorii domino detrahatur. (c) In personam vasalli non competit iurisdictio domino directo. (d) A sententia vasalli appellari debet ad dominum territorii, non ad dominum directum. (e) An possit dominus evocare vasallum ex territorio; (f) an citare, iudice ordinario non requisito; (g) an exequi sententiam? (h) Singularia feudorum extra curtem §. X. circa successionem, (a) alienationem (b) et feloniam. (c)

PROOEMIVM.

CONSTITVERAM plenius & copiosius agere de jure, quod domino, quem directum dicimus, competit in feudo territorii alieni, & quam late illius potestas pateat, atque, qua ratione per imperium principis aut reipublicæ restringatur, vel restringi certe possit, ex genuinis gentium, feudalis & publici juris principiis explicare. Sed ubi aliquamdiu in hac cogitatione defixeram animum, obruit me argumenti amplitudo & copia rerum dicendarum, quæ integrum volumen sibi postulare, neque angu-

anguſtiis unius diſſertationis contineri poſſe videbantur. Itaque parum abfuit, quin plane hoc inſtitutum abjicerem, & conſilium mutarem, ac de quocunque alio potius, quam de hoc argumento, inaugurale ſpecimen dare decernerem. Sed diu me dubitantem mox alia negotia diſtinuerunt, ut, quum nunc ille, qui mihi ad hanc rem peragendam dictus eſt, dies venerit, nec aliam materiam ſeligere, nec in illa, quam primum mihi propoſueram, pro dignitate verſari temporis brevitas permiſerit. Feci ergo, quod potui, & quædam capita ex ampliſſimo argumento depromſi, quæ ipſa etiam vix ſummatim attingere & leviter perſtringere licuit, cum longiorem, quam deſiderabant, diſſertationem conſcribere paranti abitum ex patria, atque jam iter meditanti non vacaret. Cujus rei, ſi inſtituti mei ratio & feſtinatio veniam mihi non impetraverit, ad dilationem obtinendam, ſaltim excuſationem idoneam, ſpero, præſtabit: quam conſecutus retractabo argumentum, & quæ nunc conſilio aut omiſſa ſunt, aut obiter tantum tacta, ſupplebo, & diſtincte magis ac explicate & abundanter de ſingulis pleniore commentatione exponam.

§. I.

DARI feuda in alieno territorio, dominia directa ſine ſuperioritate territoriali, Vaſallos, qui ejusdem prædii cauſa duobus dominis diſpari vinculo, fidelitatis uni, alteri ſubjectionis ſubſint, ipſe rerum uſus ſatis docet, (*a*) ut, qui ea de re dubitent, (*b*) exemplorum multitudine facile refellantur.

(*a*) Vere ſcripſit *Generoſ. Dn.* A BEVST *not. ad* STRYK. *jur. feud. p. 65. non infrequens eſſe, in alieno territorio feuda habere; in Germania in primis, in qua tanta ſit confuſio Jurisdictionum.*

 Exem-

Exempla passim sunt obvia; adeo nulla fere provincia est, quæ non feuda habeat diversorum dominorum. Ita Electori Brandenburgico competere dominium directum pagi *Grosburg* in Silesia, refert STRYK. *Exam. Jur. Feud. Cap. 3. qu. 47.* et in notis MSS. addit, eundem principem in Anhaltinis terris *Grosbadegast* in feudum dare, conf. BECKMANN. *Annal. Anhaltin. P. 3. L. 4. C. 1. p. 427.* qui docet, pagum *Lebenitz* etiam feudum esse capituli Magdeburgensis. Contra idem vir celeberrimus *P. 3. L. 5. C. 1. p. 481. sq.* non paucos vasallos nobiles commemorat, qui feuda a principibus Anhaltinis accipiant, quæ sita sunt in territorio alieno. Halæ hubas aliquas agrorum a Comitibus Schwartzburgicis per investituram feudalem possessoribus conferri scribit Dn. LVDOVICI *disp. feud. 2. th. 27.* Alia exempla afferunt D. MAIERVS *Comment. ad Jus feud. C. 11. §. 17. p. 99.* et D. HORN *iur. feud. c. 3. §. 25.* et *cap. 1. §. 39.* Plura mihi occurrunt, sed nolo plura cumulare, vel unum sufficiat allegasse regem Bohemiæ, qui quamplurima feuda confert in territoriis principum aliorum.

(*b*) Nescio, an huc referre debeam DD. qui inutilem putant esse divisionem feudorum, qua illa, quæ extra territorium constituta sunt, ab iis, quæ sunt in territorio, distinguuntur. Hos enim aut ignorasse oportet, talia feuda dari, aut, quid intersit inter utramque speciem, non intellexisse. Verum de his post hæc dicam. Hoc loco satis erit nominasse *ICtum Pragensem* NEVMANNVM DE PVCHOLTZ, qui in *dissertationibus Juris Publ. & Feud.* quas de iurisdictione feudali non ita pridem divulgavit, magna opera, sed irrito conatu id egit, ut constitui non posse feuda ostenderet, quæ constituta esse, manifestum est.

§. II.

Hæc feuda extra curtem dici, iuris feudalis plerique scriptores contendunt, (*a*) quæ utrum vera sit, (*b*) aut verisimilis sententia, (*c*) nunc non disquiram. Id scio, non magis certas esse, quæ ab aliis adferuntur, conjecturas. (*d*) Sed & qui aliter exponunt, confitentur, fere nullum esse, aut exiguum sane relinquunt illius divisionis (*e*) usum, qui maximus omnino & quotidianus est, (*f*) si curtem pro territorio

torio ac provincia cum doctorum communi schola accipiamus.

(*a*) De varia *Curtis* significatione et dubia hujus vocis origine, HOTTOMANNVS, FRESNEVS, et ex feudistis HVNNIVS, BECHMANNVS, WVRMSERVS aliique exponunt, quorum scrinia compilare nolo. Hoc loco aliquos tantum excitabo ex magna DD. turba, qui curtem pro territorio accipiunt, cum illam feudorum divisionem explicant, qua alia *in curte*, alia extra eam esse dicuntur. In hoc numero sunt ex priscis ICtis BALDVS et IACOB. DE BELVIS et post hos ZASIVS *de feud. P. XI. n. 3.* CARPZOVIVS *disput. feud. II. thes. 34.* FINCKELTHVSIVS *Disp. feud. u. th. 21.* SCHVLTZ *Synops. Jur. feud. C. III. n. 96.* BOCERVS *de feud. distribut. C. IV. n. 34. sq.* LVDWELLVS *C. III. pag. 84.* WVRMSERVS *de feud. impropr. Class. II. Sect. V. n. 14.* et novissime BEYER *C. 2. posit. 102. p. 103.* et MAIERVS *C. 2. §. 17. n. 4.* quamvis ille in notis sub lit. O. ab ea sententia recedat. Add. HOTTOMANN. *de verb. feud. p. 15.* SCHENCK. *ad 1. feud. 5. §. 1. pag. 20.* et RITTERSHVS. *Partit. feud. L. I. c. 4. qu. 28.*

(*b*) Quam plerisque DD. placere dixi sententiam, eam alii plane rejiciunt, STRVVIVS imprimis *Cap. IV. Aph. 18. n. 7.* quem LYNCKERVS aliique sequuntur. Sed quae STRVVIVS objicit, me quidem parum movent. Neque enim ille evicit, sententiam BOCERI subsistere non posse, et textus *1. feud. 5. §. 1.* in quo sedes huius argumenti est, patitur omnino illam, quam communem dixi, interpretationem; Id tamen fateor, nec BOCERVM, nec WVRMSERVM, qui inprimis in hac opinione asserenda occupati fuerunt, omnino persuadere, curtis appellatione nihil aliud, quam territorium significari. Neque enim omnibus capitulis iuris Longobardici, in quibus vox illa occurrit, haec explicatio convenit. Conf. Dn. HORNIVM *C. III. §. ult.* Versamur in re obscura et incerta, in qua quid verisimile sit, facilius est dicere, quam quid sit verum.

(*c*) Curtem aliquando pro territorio accipi docet HOTTOMANNVS, et plerique DD. concedunt. Sed eiusdem vocis etiam aliam potestatem esse, ac significationes diversas, non minus constat. Cum igitur ipsi compilatores iuris Longobardici non ostendant, quam vim huic verbo tribuant, coniectura quaerendum est, quae feuda dixerint esse in curte domini, quae extra curtem? Non igitur est, quod miremur, tam varias interpre-

terpretum opiniones, et prope dixerim, divinationes. Quas dum confero inter se, facilius esse intelligo dicere, quæ displiceat, quam, quæ sola placeat, eligere. Video, quid huic, quid alteri obiici possit, nullam video, cui obiici nihil possit, et forte est nulla ex his, quas attulerunt interpretes, omnino vera, certe nulla videtur satis certa. Quodsi tamen in his ambiguitatibus definiendum sit, quid de communi DD. opinione sentiamus ipsi, probabilem eam esse præ multis aliis dicemus, aut saltim ex probabilibus unam. Quamvis mea sententia non sit, cur multum laboremus de eruenda iuris Longobardici sententia, cuius, quod ad hæc capita, in quibus feudorum in curte fit mentio, quamcunque demum sequaris interpretationem, exiguus esse videtur usus.

(*d*) Tres diversas de feudis his sententias iam olim commemoravit INTRIGLIOLVS *de feudis qu. 52. n. 11. et seqq.* Plures BECHMANNVS *usu pract. Feudor. Exercitat. 1. p. 20.* HVNNIVS et WVRMSERVS *ll. cc.* recensent. Uti vero palam est, falli eos, qui per curtem districtum aut iurisdictionem intelligunt, vid. CRAGIVM *L. 1. tit. 10. §. 2. p. 91.* ita nec probabilis videtur, quam SCHENCKIVS *ad 1. feud 5. p. 20.* de feudis, quæ officium annexum habent, primus attulit, coniectura. Alii feudum de camera et cavena, et generatim ea, ubi res, ex qua vasallus utilitatem percipit, retinetur a Domino, in curte eius constituta esse dicunt, quos inter ALVAROTTVS est et ISERNIA, add. BITSCH. *Comm. ad ius Feud. p. 99.* contra quos BOCERVS disputavit et WVRMSERVS. SCHILTERVS per curtem curiam vult intelligi, ut feudum de curte sit, quod ad curiam Domini et ad certum iudicium parium pertinet, extra curtem, quod certæ curiæ non assignavit, quem secutus est noster BEYERVS, quum communem sententiam, quam antea probaverat, relinqueret. *pag. 25. lit. O.* A qua parum etiam abest THYLLIVS *in notis ad* STRYK. *c. 3. q. 45.* qui extra curtem ea feuda esse statuit, quæ curiam Domini non agnoscunt, et BARTHIVS, qui per curtem intelligit *einen Kreyß, Landschafft, oder Provintz*, in qua curiam habeat dominus. Vid. *disput. de successione fœminarum in feudo, coroll. X.* et WINZIGERVM, *ad* STRYK. *p. 93.* Quas *Schilteri* et *Barthii* interpretationes si quis cum communi explicatione conferre et coniungere velit, is feudum in curte forte non male dixerit, quod in territorio domini directi et certæ curiæ adscriptum sit. Possunt enim eiusdem territorii curiæ esse plures, et si vis, curtes etiam plures, curtes vero aut curias extra territorium, quas

BAR-

BARTHIVS constituit, nescio, an alii admiserint. Sed de his per me quisque sentiat, quod videbitur. Consistit enim, quod dixi, omnis illa disputatio in coniecturis.

(*e*) De priscorum ICtorum interpretationibus hoc potissimum dictum velim. Hi enim vel ad dudum obsoleta feudorum genera hanc divisionem referunt, vel ita explicant, ut parum intersit inter speciem utramque feudorum.

(*f*) Nescio, quid in mentem venerit BECHMANNO, qui scribit: *non esse bonam et veram divisionem hanc feudorum, sed saltim separationem ratione situationis*, et frigidam hanc distinctionem appellat. Sed magis etiam mirari subit, BEYERVM et LVDOVICVM, quorum ille nullum divisionis huius usum esse contendit, *cap. 2. pos. 105.* hic *Disp. 2. th. 28.* mere theoreticam hanc divisionem esse, scribit. De praxi enim et utilitate huius partitionis ex iis, quæ deinde dicemus, satis constabit.

§. III.

Sed quandoquidem sunt, qui existimant, fieri vix posse, ut quis domini directi jus in alieno territorio acquirat, (*a*) liberabimus eos hoc dubio, atque paucis ostendemus, non una ratione hæc directa dominia constitui posse, & olim constituta fuisse. (*b*) Ac primo quidem contigit aliquando, contingere certe potuit, ut *ab imperatore* & imperio *dominium directum alteri, alteri territorialis potestas concederetur.* (*c*) Nam licet imperator in terris mediatis statuum nec feudum, nec dominium directum dare valeat, (*d*) nihil tamen obstat, quo minus unus regalia, & territorialem potestatem, alter dominium aut utile, aut directum ab imperio consequatur. (*e*) Imo cum dentur feuda imperii immediata, quorum superioritas sit penes alios imperii principes, (*f*) non est, cur subfeuda imperii eadem ratione, translato in alterum dominio directo, constitui posse, dubitemus. (*g*)

(*a*) Nodum in scirpo quærit NEVMANN DE PVCHOLTZ, dum *in Dissert. Jur. Publ. et Feud.* quæ anno proximo prodie-

dierunt, dubitat, an dominium directum feudi penes alium, quam territorii dominum, esse possit. Scribit, subditis non esse integrum, aliis se dominis subiicere, eisdemque feuda offerre. vid. *Disp. III. §. 5. et Disp. IV. §. 7.* idque sibi credit sufficere ad negandum duorum dominorum in eodem feudo concursum: Quasi vero alia ratione dominium directum quis in territorio alieno consequi nequeat, quam per factam a vasallo oblationem. Nos, quid subditis licere, aut olim licuisse existimemus, postea exponemus. Dominia autem directa multis modis in curte aliena constitui posse, nunc, quantum propositæ brevitatis ratio patitur, ostendemus.

(*b*) Vellem, liceret mihi hoc loco esse prolixum. Meretur sane pleniorem discussionem hoc argumentum de ratione dandi et acquirendi feuda territorii alieni. Cum enim sint quam plurimi iidemque diversissimi, quibus illa constituantur, modi, operæ pretium omnino facturum puto, qui de singulis plenius agat et ex instituto. Sed hanc operam secundis curis servabo, quæ plus temporis et meditationis poscit, quam nunc ei rei tribuere mihi licuit.

(*c*) Nulla igitur est certa et necessaria consecutio, qua ex investitura Cæsaris de dominio directo ad superioritatem territorialem infertur. Itaque si vel maxime constet, dominium directum non ex oblatione vasalli, non ex conventione cum territorii domino inita, sed ab ipso Imperatore ius, quod in feudo habet, accepisse, id solum tamen neutiquam sufficere poterit ad dominium directum superioritatis territorialis, domino feudi asserendum. adde *lit. e.*

(*d*) CVRTIVM *de Feudis Laic. P. II. n. 2.* Imperatori tribuere potestatem etiam in terris mediatis feuda concedendi, auctor est STRYKIVS *Exam. Jur. Feud. C. V. q. 11.* Quodsi verum esset, non difficulter appareret, qua ratione feuda orta fuerint in territoriis alienis. Sed recte tamen CVRTIVM confutat, STRYK. *l. c.* HORNIVS *C. V. §. 11.* et ipse NEVMANNVS *Diss. III. §. 5.* Certissimum enim est, imperatorem in ordinum territoriis nec aliis feuda dare, nec status ad subinfeudationem cogere posse. Quod vero inde colligit NEVMANNVS, ea, quæ ab Imperatoribus subfeuda data sint, non posse aliorum principum territorio subesse, id mea quidem sententia ex eo minime inferri potest. Nam ut taceam, olim plus iuris sibi in terris principum imperatores arrogasse, quam nunc ex legibus imperii iisdem competit, multæ sane caussæ intervenire possunt, quæ efficiant, ut iure optimo alii quam territorii domino

mino directum feudi dominium ab imperatore conferatur.

(*e*) Constituto semel territorio non ius esse amplius imperatori feuda in illo aliis dare, dixi. Nihil vero impedit, quo minus initio alteri feudum, alteri territorialis potestas tribuatur. Quis enim nescit, in bene multis locis regalia aliis et summum imperium conferri, proprietatem ad alios sive allodii, sive feudi iure pertinere. Cumque ius aperturae, iurisdictio superior, ius Albergariae, vectigalium et plura alia multis principibus in alieno territorio competant, et ab imperatore etiam per investituram conferantur, cur non perinde dominium directum possit alicui in alieno territorio concedi? sane, si vacet feudum imperii, nihil obstat, quo minus hic de regalibus aut superioritate, alter de ipso feudo aut dominio directo investiatur. Conf. LYNCKER. *de superioritate territ.* p. 47. et ENGELBRECHT in erudito opere *de Servit. Jur. Publ. Sect. II. membr. 3.*

(*f*) NEVMANNVS quidem *Disp. VII. §. 8. n. 2.* et *Disp. V. §. 7. n. 5.* negat, feuda imperii posse esse in territorio alieno, vasallos imperii subditos et Landsassios principum aliorum. Sed exempla, quae adsunt, plurima prorsus evertunt subtiliorem hanc philosophiam. Novimus, comites feuda imperii possidere, et de iis ab imperatore investituram accipere, eosdem tamen landsassios principum, et haec ipsa feuda de territorio principis esse. Itaque sola qualitas feudi imperialis non prodest vasallo ad superioritatem territorialem vindicandam: inprimis, cum videamus, territorii principes etiam de ipsa territoriali in hos comites potestate, ab imperio investiri.

(*g*) Non obscura, puto, vis est huius argumenti. Si enim dantur feuda imperii in terris principum, si ipsi imperatori et imperio dominium directum competere potest in territorio alieno, non est dubitandum, aliorum principum dominium directum multo minus potestati territoriali obesse. Nimirum subfeudi eadem est ratio, quam ipsius feudi. Quodsi igitur directum dominium imperator in alterum transferat, et ex feudo imperii subfeudum efficiat, non poterit plus potestatis in eo consequi vasallus imperii, dominus vasalli directus, quam imperator et imperium olim sibi in eodem iure dominii directi vindicabat. Sed satis est de dominio directo, quod in alieno territorio ab imperatore constituitur, pro instituti ratione dictum.

§. IV.

Sæpius autem, ſi recte coniicio, dominia directa in alieno territorio ex conventione utriusque domini, & expreſſa, aut etiam tacita eorum voluntate proveniſſe videntur. (*a*) Nam pactis & ſuperioritatem territorialem & dominium directum in alieno territorio acquiri poſſe, manifeſtum eſt; (*b*) Et, qui ipſa etiam feuda imperii in ſubfeudum offerre aliis, quondam integrum ſibi eſſe, crediderunt (*c*) imperii proceres, dominium directum feudorum ſingularium, ſalva ſuperioritate, aliis relinquere, aut concedere, minus etiam dubitarunt. (*d*) Præſcriptione autem dominium directum acquiri poſſe, vulgo traditur, (*e*) ut hac quoque tacitæ voluntatis coniectura credibile ſit, aliqua extra curtem feuda conſtituta fuiſſe.

(*a*) Hæc origo communis eſt plerorumque iurium, quæ in alieno territorio principibus competunt, de quibus ex inſtituto egit STRYKIVS *Diſſ. de iure, quod Principi extra territ. compet.* Pactis ergo et conventionibus dominia etiam directa, quæ ſunt in alieno territorio, pleraque conſtituta eſſe videntur. add. ENGELBRECHT *l. c. Sect. II. membr. 3. §. 2.*

(*b*) Sive enim dominus feudi ius territoriale in alterum transferat, dominium directum ſibi reſervare poteſt; ſive dominus territorii directo dominio alteri cedat, ſalva poteſtate ſuprema, quam ſuperioritatem territorialem vocant, eo ceſſiſſe cenſendus eſt. Utroque autem caſu efficitur hoc, de quo quærimus, quod extra curtem vulgo feudum appellatur. Atque hac ratione plurima eius generis feuda conſtituta eſſe, tabulæ conventionum illuſtrium inter territorii dominos et dominos feudi initarum docent. vid. MENCKENIVS *Diſſ. de vi ſuperior. territor. in territ. clauſ. §. 7.*

(*c*) Jus adoptandi ſibi ſubdominos et feudum imperii alteri ita offerendi, ut ex vaſallo euadat ſub-vaſallus, iam dudum ANTONIVS QVETTA Statibus Imperii aſſeruit, et prolixe nuper LVDEWIGIVS *Diſſ. de primo ſubfeudorum, Imper. foro, Cap. III.* add. ITTERVM *de feud. Imper. C. XXII. §. 4.* Quo admiſſo, quis dubitet, dominium dire-

directum feudorum singularium aut partis alicuius territorii in alium eos transferre posse?

(*d*) Non puto quenquam fore, qui deneget hanc principibus imperii potestatem, etiamsi ius novos dominos sibi adsciscendi ipsis non concedat. Primo enim communis DD. sententia est, partes territorii alienari posse, quod sufficit ad dominium directum feudi, salva superioritate transferendum. Deinde dominium directum etiam sine consensu vasalli, qui simul sit subditus, cedi posse pervulgatum est, quod omni dubio caret, si vasallo etiam consentiente, fiat. Denique cum etiam subditis dominium directum permittant in suos vasallos, extraneo idem eos ius tribuere posse, non est ambigendum.

(*e*) De usu praescriptionis inter principes imperii fusius hic differere non licet. Dominium directum per eam acquiri posse, monuisse satis est. Res manifesta non indiget multa probatione; quantum vero temporis spatium ad hanc acquisitionem requiratur, atque utrum LL. civilibus, aut Longobardicis hic locus sit, longa est disputatio, de qua quid sentiam, alio loco exponam. Conf. *Tom. I. Sect. V. de praejud. Princ. Imp. ex abusu Jur. Rom. C. 11. §. 18.*

§. V.

Subditos nec aliis feuda dare, nec directos dominos sibi constituere posse, certum est, si rem ex principiis aestimes prudentiae civilis. (*a*) Olim alia persuasio invaluerat: cuilibet, qui alienandi jus habeat, & offerre cui velit, bona sua in feudum, &, datis sub fidelitatis lege praediis, vasallos sibi legere licere. (*b*) Inde evenit, ut & ab alienis principibus feuda acciperent subditi, (*c*) &, quod nunc sine domini territorii consensu nemini permissum est, (*d*) dominia etiam directa iis deferrent. (*e*) Neque tamen qui olim subditis hanc libertatem reliquerunt, territoriale jus hoc pacto amittebant, (*f*) imo salvo illo hodieque princeps poterit oblationi subditorum alieno domino factae consensum praestare. (*g*) Quae ideo adduximus, ut varias rationes, & diversas causas esse feudorum (*h*) ostenderemus,

quæ in alieno territorio his & pluribus forsitan aliis modis (*f*) constituta fuerunt.

(*a*) Omnis in republ. a principe est jurisdictio: privatorum conventio eam dare nequit. Qui curiam feudalem sine auspiciis principis constituit, sibi arrogat ius dicendi potestatem, quam nec acquirere, nec concedere quisquam sine principis iussu potest. Sed et res periculi plena est, permittere subditis longam vasallorum turbam, amplas clientelas. Quæ caussa fuit, quam ob rem quidam principes hanc libertatem certis limitibus coercuisse legantur. Vid. HERTIVS *de Feud. Oblat. P. I. §. 20.*

(*b*) Hodieque in scholis et foro viget illa opinio: *omnes, cuiuscunque conditionis sint, modo bona sua libere administrent, feuda dare, aut etiam aliis offerre posse*, adeo, ut et feminæ et rustico hanc faciant potestatem. Quod ne Germaniæ quidem LL. convenit, imo forte nec iuri Longobardorum. Vid. DVARENVS *de feud. C. 6.* et NEVMANN. *Disp. IV. §. 8.*

(*c*) Non loquor de feudis, quæ non-subditis in territorio suo principes conferunt: loquor de iis, quæ concedunt in territorio alieno. Cum enim prædia privatorum acquirere principes haud prohiberentur, quas aut comperaverant sibi possessiones, aut ipsis fortuna vel casus obtulerat eas aliis dabant in feudum, et dominium directum sibi servabant, atque ita obsequia et cetera, quæ postulabantur a domino territorii, per vasallum præstabant, et ipsi in alieno imperio iurisdictionem feudalem nanciscebantur.

(*d*) Non puto, quisquam principum facile civibus suis permittet hodie, ut exteris principibus prædia sua offerant in feudum. Longo rerum usu constitit, eam rem sæpius domino noxiam fuisse. Prohibere sane, quo minus se subditi in alienam clientelam tradant, potest. Non enim integrum esse subditis, peregrinis dominis offerre feuda, multis iisque solidissimis rationibus evicerunt. HERTIVS *de feud. oblat. P. I. §. 8. seq.* THOMASIVS *Cap. II. §. 19.* NEVMANNVS *Disp. IV. §. 7. sq.*

(*e*) Quod hodie non facile contigit, id olim non infrequens fuit, ut alios sibi principes subditi quærerent dominos directos. Caussæ huius instituti fuere plures: vulgaris persuasio, id cuilibet licere, si luberet, superstitio, quæ effecit, ut episcopis inprimis hanc dominii partem deferrent, tempora turbulenta, libertas et licentia nimia subditorum, potentia eorum, quos sibi vasalli dominos eligebant.

(*f*) NEVM.

(f) NEVM. DE PVCHOLTZ opinio est, dominum, qui Landsassio oblationem feudi concedat, iure suo territoriali excidere, nisi novum directum dominum homagio sibi obstringat, *disp. III. §. 5.* adde *disp. IV. §. 7.* et *disp. VII. §. 3.* Sed paradoxon hoc nulla idonea nititur ratione. Fuerunt olim plurimi in illa sententia, oblationes has subditis omni iure permissas, dominis territorii innoxias esse. Quis ergo sibi persuadeat, hos, dum aequo animo fieri ferebant, quod prohibere non poterant, superioritatem territorialem transferre, aut ea se abdicare voluisse? Quare, quod idem NEVMANNVS tradit, *reges Bohemiae ditiones alii principi subiectas in feudum recipere non potuisse, Diss. VII. §. 3.* id frustra fingitur, nec rationibus temporum convenit, quibus illae factae sunt oblationes.

(g) Ita nimirum existimo, non facile quidem permissurum principem, ut aliis imperii Statibus, potentioribus in primis, dominia directa subditi deferant, sed, si permittere velit, salvo iure territorii id fieri posse, et factum esse, censeri. Neque opus est, ut directum dominum homagio sibi adstringat. Nam sufficit, domini directi ius, quod in alieno territorio constitutum est, natura sua ita restrictum et circumscriptum esse, ut territoriali superioritati nequeat obesse. Ipsum directum dominum iureiurando, quod subditi praestant, sibi obligare, neque necessitas postulat, neque conditio eius, aliaeque rationes interdum patiuntur.

(h) Cum adeo multa in Germania occurrant feuda extra curtem, dolendum est, plerorumque nos origines latere et caussas, ex quibus conditio eorum et qualitas aestimari debebat. Est enim aliis adstrictior, in aliis liberior potestas domini directi. Sed qua demum cunque ratione constituta sint, sive ab imperatore, sive ab ipso territorii domino, sive etiam a subditis domino consentiente, in dubio semper ea conditione data aut oblata videntur, ut ne per dominium directum iuri territorii detrahatur.

(i) Commemoravi aliquas feuda in aliena curte constituendi rationes, sed non ignoro, his etiam alias addi posse. Neque enim singula persequi propositum mihi fuit. Haec ipsa, quae exempli caussa allata fuerunt, hoc potissimum consilio attuli, ne quis persuaderi sibi patiatur, fieri non posse, ut feudi dominus directus alius sit, quam aut dominus territorii, aut subditus eius et vasallus.

§. VI. Non

§. VI.

Non morabor in feudorum divisionibus. Utrum proprium sit, quod extra curtem est, an improprium, controversia videtur non magnæ utilitatis. (*a*) Reliquæ partitiones fere sunt huic feudo cum aliis communes. Varium enim & multiplex esse potest, (*b*) non tamen ligium, (*c*) non regale. (*d*) Ceterum quidquid rei vel iuris dominus in alieno territorio habet, in eo contingere potest, ut hoc feudum aliquando constituatur. (*e*) Ut non sit, cur ad solemnes feudistarum quæstiones de rebus in feudum dandis digrediamur. (*f*)

(*a*) WURMSERUS *Cl. II. S. V. n. 25. p. 79.* et SCHILTERUS, *Introduct. ad I. feud. C. IX. §. 22. p. 76.* contendunt, utrumque feudum, et quod in curte est, et quod extra curtem, proprium feudum esse. Mihi facile fuerit, contrariam sententiam tueri, si haberet hæc quæstio aliquem in decidendis causis feudalibus insignem usum.

(*b*) Non repetam itaque, quæ vulgares habent libelli. Feudum hoc et antiquum et novum, et masculinum et femininum, et datum et oblatum, et seculare et ecclesiasticum esse posse, per se intelligitur. Perinde ceteras partitiones ad hanc speciem accommodare licet, quas ne recensere quidem singulas iuvat.

(*c*) Ligium feudum hic dico, quod vulgo ita dicunt, in quo vasallus contra omnes, sine exceptione, domino fidelitatem promittit. Tale esse nequit, quod extra curtem est: in hoc enim territorii dominus semper est exceptus, adeo, ut si vel maxime arctius se domino vasallus obligaverit, inutilis sit et irrita, quæ in fraudem principis a subditis facta est promissio.

(*d*) Regale feudum est, non quod a rege conceditur, qui sane etiam extra territorium vasallos habere potest, sed quod cum iure exercendi regalia confertur. Illa autem non sunt penes dominum directum, adeoque nec vasallo is, quod ipse non habet, dare potest. Si dederit, concessio vim nullam habebit. Actum enim foret de potestate principum, si aliis liceret dominii directi specie iuribus territorii derogare. Frustra igitur vasallus, quando cum domino territorii lis ei intercedit, producit tabulas investituræ, quæ contra tertium non probant, et minime omnium contra territorii principem.

pem. Inprimis hic novissimarum literarum saepius suspecta est fides, in quibus si plus vasallo tribuatur iuris, quam in prioribus, his standum potius est, quam illis, cum immutatio in his feudis ne vasalli quidem et domini directi voluntate et consensione fieri possit, in praeiudicium domini territorialis.

(*e*) Non tantum res immobiles in feudum dantur, quanquam hae maxime, sed iura etiam cum praediis, imo et sine iis. Quare cum multis imperii principibus in aliorum regionibus multa eximia iura competant, ut decimarum, venandi, patronatus et innumera alia, in his omnibus erit infeudationi locus, constituique extra curtem feudum poterit modis illis, quos supra plerosque commemoravimus.

(*f*) Quid vero? an *in pecunia feudum* subdito alieno dari potest? negabunt forte plerique, qui requirunt territorialem ad constituendum huiusmodi feudum superioritatem. CARPZOV. *P. III. C. 30. Def. 10. sq.* SCHILTERVS *ad Jus Alemann. F. C. XIV. §. IV. p. 133.* D. MENCKEN. *contr. iur. feud. disp. I. th. X.* Mihi tamen dubio non carere illa quaestio videtur. Nam, reditus annuos etiam alienis subditis dare quid prohibet? imo vix est, proprie ut hoc feudum extra curtem dici possit. Non enim ita dicitur, quod alieno subdito conceditur, sed quod situm est in territorio alieno. Porro ipsa SCHILTERI, CARPZOVII et aliorum opinio auctoritate potius Dd. quam LL. sustinetur, et suffecerit forte, dantem feudum superioritatem habere, licet non habeat in vasallum.

§. VII.

Ad gravissimum, satius est, argumentum devenire *de iure, quod directo domino competit in territorio alieno*, cuius aliqua nunc tantum capita leviter tangemus, uberiorem alio tempore dabimus tractationem. Quando igitur de iure domini directi in feudo, quod extra curtem est, incidit controversia, origines primum & causas respicere fas est, quibus coeperit & fuerit constitutum. (*a*) Tum si quae conventiones extent inter utrumque, & territorii & feudi dominum, earum ratio est diligenter habenda. (*b*) Si hae deficiant, & non appareat, quid actum fuerit, potestas domini directa

æstimanda est ex iure illius territorii, cuius finibus feudum continetur. (*c*) Literæ autem investituræ, (*d*) pacta domini & vasalli (*e*) & iurisiurandi etiam, quibus vasallus fidem promittit (*f*) verba nihil iuris tribuere possunt directo domino adversus dominum, cuius imperio & territoriali potestati & feudum subest, & vasallus.

(*a*) Cum diversissimis modis hæc feuda constituantur, non potest eadem omnium esse conditio. Nam quibus imperator dominium directum contulit, aut ipse territorii dominus permisit, eorum alia omnino causa est, quam quibus subditi feuda obtulerunt. Quare et ea, quæ postea afferemus, non feudis singulis convenire, neque posse omnia eodem numero censeri, ipsi non diffitemur. Atque in hoc loco monuisse sufficiat, ne eandem rem decies repetere sit necesse. Ceterum quæcunque demum feudi origo sit, domini directi iura ita fas est explicare, ne prorsus destruant principis supremam potestatem. Non enim essent, quod dicuntur, feuda in territorio alieno, si territoriale ius dominis salvum non relinqueretur.

(*b*) Conventio dat legem contractui, formam negotio, ipsis legibus sæpe derogat et mutat rerum naturam. Pactorum ergo ante omnia habebit rationem, qui feliciter in decidendis controversiis, quæ in his caussis frequenter incidunt, versari velit. His enim videmus interdum plus permisisse principes directis dominis, quam aliis concedunt; interdum iura directi dominii magnam partem translata esse in dominum territorialem. Quidquid ergo his definitum est, sancte est servandum, ipsa tamen pacta, quæ territoriali superioritati derogant strictissimæ interpretationis esse, natura potestatis huius postulat, ut statuamus.

(*c*) Hoc enim prævalet legibus feudalibus domini directi, et iuri etiam communi. Recte monet Dn. HORNIVS *C. I. §. 39.* si lis de feudis sit territorii alieni, illas non secundum iura curiæ domini, sed territorii finiendas esse. Neque enim leges directi domini auctoritatem iuris habent in territorio alieno. Plus dubitationis habere poterat, quod dixi de iure communi feudali. Nam hoc præferent forsitan alii in controversiis, quæ inter duos principes vertuntur. Sed si rem recte reputes, leges feudales territorii omnino hoc quoque casu prævalebunt. Sive enim a subditis oblatum feudum sit alieno

principi-

principi, non potuerunt hi bona, quæ possidebant, subducere principis iurisdictioni; sive conventione cum domino territorii inita, non putandus is est, voluisse aliter dominium directum alteri relinquere, quam salvis legibus provinciæ, et salvo iure suo leges ferendi. Sed et si qua fortuita acquisitione dominium directum quis consecutus sit, non potest alia conditione hæc quæsivisse videri, quam qua reliqui subditi bona, possessiones et dominia directa possident. Restat is, quem primo loco supra commemoravi, casus, quo ab imperio alter superioritatem territorialem, alter directum dominium accepit. Sed cum sic quoque dominium directum salva auctoritate territoriali constitutum sit, existimem, hæc quoque directum dominium ex legibus feudalibus domini territorii æstimare debere.

(*d*) Neque enim dominus directus sibi ipsi in præiudicium domini territorii quicquam tribuere ac concedere, neque vasallus domino ius in se, quod alteri iam quæsitum est, dare potest. Fingamus dominum sequelæ aut aperturæ ius, aut aliud quodcunque in literis investituræ sibi reservasse, nihil ipsi proderit hæc clausula, si cum domino territorii contendat. In controversiis domini cum vasallo, literarum investituræ prima est ratio habenda, non quando agitur de iure tertii cuiuscunque.

(*e*) Crimen committit subditus, qui paciscitur cum aliis in perniciem domini territorialis. Ex delicto igitur hoc nec sibi quicquam acquirere, nec directo domino potest. Quod si enim hac ratione intervertere ius territorii liceret, facile foret subditis, se omni vinculo prorsus eximere, et novam sibi fingere superioritatem in societatem commodi allectis dominis directis.

(*f*) Quæ de investitura et pactis vasalli diximus, pertinet etiam ad formam fidelitatis. Ex hac enim neutiquam æstimare licet, domini directi potestatem, utique si inter eum et dominum territorii contendatur. Itaque si forte *obedientiam etiam vasallus domino* promittat, id salvo eo, quod domino territorii debet, obsequio, fieri intelligitur. Neque enim iusiurandum hoc vasalli dissolvere potest vinculum, quo principi suo tenetur, *atque adeo vox hac:* Gehorsam, *neque subiectionem Landsassiacam, neque iurisdictionem feudalem territorialem*, ut cum NEVMANNO loquar, *importabit.*

§. VIII.

Persolvet tamen vasallus domino directo, quæ ex legibus territorii debentur, (*a*) imo & quæ ipse pro-

 misit,

misit, quoad de iure domini nihil illa conventione derogatur. (*b*) Petet ergo & accipiet ab eo investituram, (*c*) fidelitatis iurabit iusiurandum, (*d*) servitia etiam præstabit: (*e*) non tamen adversus territorii dominum; (*f*) imo vix est, ut militaria servitia omnino extra territorium exhibere possit, (*g*) quæ a vasallis alienis, territorii etiam domino præstita esse scimus. (*h*) Atque hæc causa est, cur domini territorii huiusmodi prædia & ipsi feudorum iure censere soleant, quæ alias quoad onera territorii pro allodiis habere poterant, (*i*) non obstante quoque domini directi & vasalli conventione.

(*a*) Ex his enim æstimare fas est iura dominorum directorum, vid. præced. §. VII lit. c. nisi tamen leges territorii agant de vasallo subdito, de directo domino, qui idem summus est imperans. Has enim perperam quis vocabit in subsidium, si iura dominii directi in territorio alieno sint explicanda. Itaque quamvis, quod inter omnes constat, iuramentum fidelitatis vasallorum Saxoniæ, Thuringiæ, et Misniæ simul ex legibus et moribus nostris homagium complectatur, ineptum tamen oppido fuerit, id referre ad vasallos, qui in his provinciis alium, quam territorii, dominum feudi habent.

(*b*) Domini territorii caussam vasallus deteriorem facere nequit, suam potest. Quare, si quid amplius etiam domino directo promiserit, quam quod ex lege cæteri vasalli dominis præstant, poterit, ut conventioni satisfaciat, compelli. Imo ipse territorii dominus non denegabit auxilium domino directo adversus vasallum, officio suo non recte perfungentem. Optime autem consulunt dominis directis, qui suadent, ut, si quando præter leges feudales pacto sibi vasallos obstringant, territorii domini impetrent confirmationem, ne rescindendi pactum occasionem ex neglecto illius consensu quærant vasalli. Plane illis promissis, quæ territoriali potestati detrahunt, standum non esse, ex iis patet, quæ §. *VII. lit. d.* allata sunt.

(*c*) In his quoque, quæ circa petendam renovationem investituræ subnasci possunt, controversiis, servabit vasallus ius feudale provinciæ, in qua feudum est, non leges feudales domini directi,

cti, nisi forte eo pacto feudum datum fuerit, ut, qui acciperet, feudali iure domini directi uteretur: quod aliquando conventione, inprimis cum domino territorii interposita, constitui posse, facile largimur.

(d) Ex formula iuramenti non esse metiendam domini directi potestatem in feudis alienæ curtis, dictum est §. *VII. lit. f.* Iuramentum tamen hoc a vasallo præstare posse domino directo, imo etiam debere, non negaverim. Neque enim iniurata ut sint, necesse est, quæ sunt in alio territorio, feuda. Ita tamen temperanda sunt iuramenti huius verba, ne præter fidem vasallaticam subiectionis vinculum complecti videantur. Cavendum igitur vasallis est, ne, dum directo domino fidem dant, illam violent, quam principi suo territorii domino debent.

(e) Servitia non pertinent ad substantiam feudi. Dantur enim, ex quibus nulla præstantur, quæ Franca feuda vocamus. Hunc in numerum omnia feuda, quæ extra curtem sunt, referre non ausim. Plurima tamen franca esse, scio. Sed et cum servitiorum genera sint varia, ea, quæ a vasallis alieni territorii exiguntur, esse solent extraordinaria, et ipsa feuda fere, ut cum communi Dd. turba loquar, conditionata. Cuius rei causas paulo post exponam.

(f) Miror doctores, cum in præstandis servitiis imperatorem, antiquiorem dominum, aliqui etiam patrem excipiant, non commemorare territorii dominum inter eos, adversus quos vasallus directo domino non cogitur servire. Hunc enim semper exceptum videri adeo manifestum est, parum ut absit, ut crimen perduellionis committi dixerim a cive, qui contra principem suum cuicunque domino directo auxilium ferat. Dicerem tamen consilio omissam esse a Dd. hanc quæstionem, quod crederent, servitia militaria directo domino, qui non idem territorii dominus sit, plane non exhibenda esse, nisi satis scirem, ea de re non cogitasse illos, qui tam frigide hoc de feudis curtis alienæ caput tractaverunt.

(g) Neque enim civibus suis permittunt principes, ut, ipsis invitis, alienam militiam sequantur, nedum ut perpetuam obligationem contrahant aliis militandi, neque dominis directis concedunt, ut sublimia armorum iura sibi in ipsorum terris vindicare possint, ut non legant tantum et conscribant milites, sed et veluti hæreditarios habeant in territorio alieno, quos evocent, quando velint. Itaque cum rex Bohemiæ Ao. 1547. a Georgio domino de Schönburg feudorum Bohemicorum causa, quæ is in territorio Saxonico habet, servitia militaria postularet, non credidit hic sibi integrum esse ea

præstare inscio atque inconsulto principe Mauritio electore, ad quem rem omnem retulit, atque nec antea unquam exacta fuisse, nec exigi posse huius generis servitia (*Sie wären zuvor nicht beschehen, nicht in brauch gewesen, und er auf solche maaße zu dienen nicht schuldig*) indicavit. Vid. MENCKEN. *diss. de vi super. territ. in territor. alien.* §. 14. Neque posthæc aut a Bohemis postulata, aut a Schönburgicis præstita esse servitia bellica legimus, ut vana sint et inania, quæ NEVMANNVS DE PVCHOLTZ reposuit *disp. II.* §. 6. Quod si dominus territorii consentiat, vasallum ad servitia bellica extra territorium præstanda adstringi posse, indubitatum est.

(*h*) Tantum abest, ut dominis directis vasalli, qui extra curtem sunt, sine auspiciis domini curtis militaria servitia præstent, ut potius hæc ipsa, quæ vulgo feudalia dicuntur, territorii domini sibi soleant vindicare. Ita novimus, bene multos vasallos servitia equestria non dominis directis, sed dominis territorii præstitisse, et in matriculis Saxonicis, quibus equi, quos servitiorum causa, præstant vasalli, describuntur, commemorantur plurimi feudorum possessores, qui alios habent directos dominos, sed territorii domino nihilominus servitia debent et præstent.

(*i*) Notissimum est, vasallos collectas non solvere, quæ ab allodialium prædiorum possessoribus præstantur. HORNIVS *c. 18.* §. *20.* STRYK. *c. 18. qu 39.* BECHMANN. *exercit. X. n. 30.* Sed hoc ad feuda de curte pertinet, ad vasallos subditos. Nam qui alium dominum directum, alium territorii dominum habent, domino feudi quidem collectas solvere non obstringuntur, sed contra dominum territorii se tueri nequeunt exceptione immunitatis, nisi ei militaria servitia præstent. Nam, quod ad territorii dominum attinet, non habent feudi rationem prædia, quæ ab aliis dominis directis in feudum dantur. Quocunque enim modo constituta illa feuda fuerint, salvo iure domini territorii, salvis oneribus, quæ subditi principibus præstant, constituta intelliguntur. Neque aliorum dominium directum eximere vasallos a præstationibus, quas tanquam subditi debent, et liberare potest; conf. *capitulat. Carol. VI. & VII. imperat. art. 15.* a quibus si aliquando immunes sunt, non ex natura feudorum, sed ex conventionibus et pactis domini directi et domini territorii hæc libertas repetenda est, quæ illis inprimis, quod dixi, concedi solet, qui territorii domino, etiamsi is non sit feudi dominus, feudalia servitia exhibent.

§. IX. Si

§. IX.

Si qua iurisdictio domino directo in feudo extra curtem competat, (*a*) eam ad causas feudales restringi, ratio postulat, (*b*) atque iis coerceri limitibus, ut ne superioritati territoriali per eam detrahatur. (*c*) Nulla igitur in personam vasalli jurisdictio directo domino competit, (*d*) neque a sententia, quam vasallus tulit, ad hunc, sed ad territorii dominum appellare licet. (*e*) Sed nec evocare poterit vasallum extra territorium, (*f*) imo jus etiam citandi, non requisito judice ordinario, (*g*) & sententias exsequendi, (*h*) ut multa alia omittam, (*i*) feudali judici recte puto denegari.

(*a*) Si rem ex veris ac genuinis iuris principiis aestimes nulla plane debebat iurisdictio tribui domino directo in feudis alienae curtis. *Neque enim integrum est* civibus, inscio et invito principe, aliis se iudicibus submittere, novas iurisdictionum formas inducere, extra territorium ius dicenti parere, aut certa quaedam caussarum genera subducere ordinarii iudicis cognitioni. Itaque omnis illa ius reddendi potestas a consensu et voluntate domini territorii dependet, in cuius arbitrio est positum, quo usque haec feudalis iurisdictio debeat patere.

(*b*) Quae causae sint feudales post SCHRADERUM et ROSENTHALIUM exponit MENCKENIUS *disp. de vi superioritatis territorialis in territoriis imperii clausis, §. 39.* quod caput mihi ne tangere quidem nunc licet. In eo omnes conveniunt, iurisdictionem feudalem esse stricti iuris, odiosam, coercendam, atque in dubio caussam non ad iudicium feudale, sed ad tribunal ordinarium deferendam esse. Quod quum in quibusque feudis verum sit, tum vero maxime ad ea pertinet, quae extra ordinem in alieno territorio sunt constituta.

(*c*) Cum praeter iuris rationem haec iurisdictionum species invaluerit, cavendum omnino est, ne ultra limites se proferat et detrahat territoriali principis potestati. Qua de re solent etiam territorii domini, si quando caussas ad iudicium feudale remittunt, de iure suo aliquando protestari, *daß die Sache vor dem Lehn-Herrn gehörig, deßwegen auch an denselben hiermit remittiret* wird, *iedoch diese remission uns an unserer Landes-Hoheit allewege ohnpraeiudicirlich und ohne Nachtheil.* Vid. MAIER. *comment. ad ius feud. c. 33.*

c. 33. §. 5. p. 917. Multo minus igitur poterit dominus directus sibi arrogare, quae eminentis et sublimioris iurisdictionis sunt, neque iudicis officio continentur. Equidem NEVMANNVS distinguendum putat inter iurisdictionem feudalem simplicem, et territorialem, *disp. 3. §. 7.* Sed haec non competit domino directo, nisi idem simul territorii aut pleno aut directo dominio ius habeat, atque adeo ad illa, de quibus disserit, feuda non pertinet. Namque de his recte olim GOLDASTVS scripsit habere regem Bohemiae quam plurima feuda in imperio, in quibus nulla nisi simplex iurisdictio feudalis ei competat, nempe quum de successione feudi aut similis controversia oriatur, de *Regno Bohem. L. 1. c. XVII. §. 10.*

(*d*) In vasallum, qui non est subditus, nulla iurisdictio domino directo competit, nisi in feudali causa. BECHMANN. *exercit. IV. p. 90. seqq.* CARPZOV. *L. VI. Resp. 116.* Itaque in caussis personalibus vasalli iudex non est: imo nec in realibus quibusque alia est ratio vasallorum, qui sunt subditi, quales sunt Saxonici omnes, qui licet in feudis landsassiatui subiectis non commorentur, ob quascunque tamen caussas ad iudicia Saxonica vocari possunt. Vid. BERGER. *de nexu iuram. quo fidel. et subiect. contin.* et MENCKEN. *de foro competente vasallorum Saxon. landsassiorum.*

(*e*) Hoc iam post STRVVIVM observavit SCHILTERVS *not. ad syntagm. iur. feud. cap. 6. aph. 18. n. 5. p. 54. et ius recipiendi appellationem esse effectum iuris territorialis ac landsassiatus et eius iurisdictionis, quam dominus territorii in bona landsassiaca habet*, graviter ac vere pronunciavit. Neque ipse hoc in dubium vocare ausus est NEVMANNVS DE PVCHOLTZ, qui ius cognoscendi in appellationis instantia ad iurisdictionem feudalem territorialem refert, adeoque illis tantum feudi dominis tribuit, qui iidem sunt territoriales. In eo autem vehementer fallitur, quod illam, quam vocant territorialem, feudalem iurisdictionem Bohemiae regno vindicet in feudis, quae non sunt iuris Bohemici, nec finibus Bohemiae, sed territorii Saxoniae electorum aliorumque principum continentur. Vid. *disp. III. §. §. 5. et 10. et concl. 10.*

(*f*) Non ignoro, plerosque doctores aliter sentire, qui negant, privilegium de non evocando id efficere, ut forum feudale declinare possit vasallus, sed eorum auctoritas nullis idoneis rationibus suffulta parum me movet. Nam si vel dederim illis, vasallis hoc beneficium adversus dominum directum non prodesse, domini tamen territorii ius obstat, quo minus illae fieri possint evocationes. Neque eo ipso, dum aliquam dominis directis iurisdictionem princeps concedit, ius

ius evocandi etiam, quod longe gravius eſt, dediſſe cenſeri poteſt.

(*g*) MENCKENII hæc doctrina eſt, qui docet, ius citandi dominum feudi non poſſe uſurpare, ſed iudicem territorii requirendum eſſe ad citationem legitime inſinuandam, cit. *diſſ. de vi ſuper. territ.* §. 42.

(*h*) Communi feudiſtarum calculo approbata ſententia eſt, dominum directum non poſſe adverſus vaſallum, qui ſententiæ ſatisfacere recuſat, executionem ſuſcipere, ſed iudicis ordinarii auxilium implorare debere, LUDWELL. *c. ult.* §. *fin. p.* 423. HORN. *c.* 25. §. 24. MENCKEN. *l. c.* Quæ multo magis etiam obtinebit in feudis territorii alieni.

(*i*) Tam late patet hoc de iurisdictione feudali argumentum, ut non integrum nobis ſit ad alia properantibus pro dignitate in eo verſari. Itaque data opera omittimus plures alias, quæ his addi poterant, quæſtiones, quas alio forte tempore curatius expendemus.

§. X.

Reſtabant iam ſingularia feudorum extra curtem circa ſucceſſiones, (*a*) alienationes, (*b*) iura & obligationem vaſalli, feloniam (*c*) & ceteros feudum amittendi modos (*d*) exponenda, ſed tempore excludor, quod nunc ad alios labores me vocat. Itaque reliqua huius argumenti capita alii tempori & ſecundis curis reſeruabo.

(*a*) Quod ad ſucceſſionem feudalem attinet, ea ſane ex literis inveſtituræ et pactis æſtimanda eſt. Itaque et dominus directus eam immutare in ſuum præiudicium, feminas admittere deficientibus maſculis, feudum ex pacto et providentia in hereditarium convertere, teſtandi ius largiri forte poteſt, MENCKEN. *cit. diſſ.* §. 43. ſed non amplius hæc poteſtas patet, quam quousque integrum eſt, privatis de rebus ſuis paciſci. Non enim ea, quæ ad legislatorium ius pertinent, quæ privilegii ſunt, quæ tertio præiudicant, concedere integrum eſt domino directo.

(*b*) Feudum, quod in curte eſt, ſine conſenſu domini alienari non poſſe, quod extra curtem eſt, poſſe, niſi dominus diſtrictum habuerit vel alium honorem, *I. feud. V.* §. *1.* traditur. Quod abſurditatis arguit HOTTOMANNUS *ad dictum* §. Sed ſi curtem pro territorio accipias, non deerit ratio huic conſtitu-

tioni. Certe novimus, in alienatione feudorum huius generis de territorii domini consensu vasallos magis, quam de domini directi, solicitos fuisse.

(*c*) Non vacat, plures controversias nunc tangere, unius sufficiat meminisse, quæ scriptis publicis ante annos aliquot in *Tubingensi*, *Fridericiana* atque nostra etiam academia *de felonia domini directi* disceptata fuit. Communis Dd. sententia est, etiam directum dominum ob feloniam in vasallum ad missam iure suo privari posse. Hanc in dubium vocavit auctor dissertationis, quæ sub præsidio THOMASIANO de hoc argumento fuit proposita. Meo iudicio alia causa est feudorum, quæ in curte sunt, et quæ sunt territorii alieni. In his facile locum reliquerim opinioni vulgari, quam et textus Longobardici iuris probant, *II. f. 26. §. domino II. f. 47. j. II. f. 6.* et iuris Saxonici atque Alemannici non obscure auctoritas sustinet. Vid. *Land-R Lib. III. art. 84. jus Alemann. Feud. cap. 69.* Alia est ratio domini directi, qui idem territorii est dominus. Non enim patitur vinculum, quo vasallus, qui subditus est domini directi, ei obstringitur, ut salva lege subiectionis hac ratione dominium directum intervertat; non patitur pietas, ut principi subditus de felonia litem moveat et ad feudi privationem contra eum actionem intendat. Itaque iam olim MOLINAEVS, MATTH. DE AFFLICTIS aliique negarunt, doctrinam de felonia domini directi pertinere ad dominum, qui simul supremo imperio gaudeat. Qui, licet reges tantum, qui superiorem non agnoscunt, excipere videantur; rationes tamen, quibus nituntur, postulant, ut idem de dominis quibusque, qui vasallos habent subditos, sentiamus.

(*d*) Dominos directos, quibus nulla in vasallos competat superioritas territorialis, non posse sibi vindicare feuda ob crimen læsæ maiestatis a vasallo admissum, sed ea domino territorii cedere, docet ipse NEVMANNVS *diss. 2. §. 14.* Ceterum sive ex felonia, sive ex quacunque alia causa feudum ad dominum directum revertatur, non poterit hic id alia conditione possidere, quam qua vasallus territorii domino subditus antea possidebat.



BVRC.